**Eudes 1er**

+ 996

Comte de Tours, Blois, Chartres, Châteaudun et seigneur du Provinois, Eudes 1er hérite de son oncle maternel Herbert le Vieux le comté d'Omois (Château-Thierry) et l'abbaye Saint-Médard de Soissons, à quoi s'ajoutent encore le comté de Reims et diverses possessions en Lorraine. En 991 il échoue devant Melun. En 993 il émet, sans plus de succès, des prétentions au titre de duc des Francs

ODla*

Faux

958 décembre 10.- Saint-Jean de Laon.

Lothaire, à la requête du miles Bouchard, fils du duc Aubry, et sur la prière de l'archevêque de Sens Hildeman, confirme au monastère de Bray-sur-Seine, que ledit Bouchard, avec le consentement de sa femme Hildegarde et de son frère Thibaud, seigneur de Senlis, a fondé pour y placer le corps de saint Paterne et celui de saint Pavace - à lui donné par son oncle le roi d'Angleterre Aedred et qu'il a ramené avec des moines bénédictins de l'abbaye de Persora -, les biens constituant sa dotation, à savoir la villa de Bray, deux moulins à Montmorency et le personnel servile des deux sexes.

A. Original prétendu perdu
B. Copie du XVIIème siécle, faite par Gaignières, B.N., ms fr. 20687, p. 623 d'après A. "A cette charte est appendu un scel avec l'effigie de Lothaire représenté dans un throsne ".
C. Copie du XVIIème siécle, B.N., Coll. Duchesne, vol.49, fol. 409, d'après A. Même mention qu'en B concernant le sceau.
D. Copie de l'an 168o, dans Dom Estiennot, Fragmentorum historiae tomus XII, B.N., lat. 12775, fol.3, d'après une copie de Robert Hubert, préchantre de Saint-Aignan d'Orléans. " Appensum est sigillum in quo visitur (sic) imago regis solio insidentis ".
E. Copie du XVIIIème siécle, Arch. dép. Eure- et- Loire, H 1174, d'après B.

a. J. Mabillon, AA.SS.O.S.B., saec. V, 1685, p.245, d'après D.
b. H. Mathoud, Catalogus archiepiscoporum Senonensium, Paris, 1688, p.82, d'aprés a
c. R.H.G.F., t.9, p.622, no 8, d'après a.
d. Art de vérifier les dates, 3ème éd., t.2, 1784, p.643, d'aprés a.
e. Les Montmorency de France et les Montmorency d'Irlande, Paris, 1828, p.167, d'après d.
f. L. Halphen et F. Lot, Recueil des actes de Lothaire et de Louis V, 1908, p.135, no 58.

IND.

J. Mabillon, Annales O.S.B., t.3, p.537.
Bréquigny, Table chronologique, t.I, p.429.

Cette charte a été reconnue fausse dès son apparition au XVIIIème siécle. Selon L. Halphen et F. Lot (Recueil, p.137), elle a été mise en circulation entre 1624, date à laquelle A. Duchesne, qui publie son Histoire généalogique de la maison de Montmorency, l'ignore, et 1680 où elle est transcrite par Dom Estiennot. La copie faite pour Gaignières porte la mention :" Copie d'une charte concernant la maison de Montmorency, avancée par le sr de Launay, laquelle s'est trouvée fausse".

Le document a été fabriqué à l'aide des diplômes de Lothaire, délivrés par le notaire Gui entre 954 et 956, spécialement le numero 1 du Recueil de L.Halphen et F.Lot. Le fond a été emprunté à la Chronique de Saint-Pierre le Vif de Sens sur laquelle A. Duchesne venait d'attirer l'attention (Histoire généalogique, livre II, p.58 et preuves, p.7). Le but était de magnifier les origines des Montmorency.

En fait, la Chronique (Ed. R.H.Bautier, p. ) met face à face deux clans, d'un côté Bouchard, Renard comte de Sens et les Robertiens et de l'autre Boson, qui profite de la mort de Bouchard pour s'emparer de Bray et, derrière lui, Thibaud le Tricheur, comte de Blois " sub cujus dominatione idem locus videtur ". Boson se rattache à la souche de Garnier, comte de Troyes et vicomte de Sens (+ 924), laminée dans la région depuis que Gilbert de Bourgogne puis Robert de Vermandois se sont installés à Troyes, les Renard à Sens et Herbert, demi-frère d'Hugues Capet, sur le siége épiscopal d'Auxerre. Dans cette fâcheuse position, le lignage a fait appel à son parent le plus illustre, Thibaud de Blois, et est entré dans sa vassalité. Ainsi s'explique l'intrusion des comtes de Blois en Senonais (M. Bur, La formatiom du comté de Champagne, 1977, p.241). Eudes Ier, fils de Thibaud , donnera le petit monastère de Bray à Bonneval-en-Dunois (R. Merlet, Petite chronique de l'abbaye de Bonneval, Mémoires de la société archéologique d'Eure- et-Loir, t.10, 1896, p. 32). Quant à la forteresse, qui restera dans la mouvance des comtes de Blois, son intérêt venait du fait qu'elle contrôlait le carrefour de la Seine et de la voie antique Sens-Meaux.

f

Lotharius, Dei gratia Francorum rex. Notum fieri volumus fidelibus nostris quod Burchardus miles, filius Alverici ducis, adiit serenitatem nostram, obsecrans ut quoddam monaterium, quod ipse constituerat de consensu Hildegardis, uxoris ejus, et de

consilio Theobaldi, domini de Centum Liliis, fratri ejus, super Sequanam fluvium, prope Braiacum, in honore Domini Salvatoris, ad collocandum, servandum et colendum corpora sanctorum Paterni martyris et Pavacii confessoris, quod ultimum corpus ex Anglia attulit cum aliquibus religiosis quos avunculus ejus, rex Aedredus, ei dederat de coenobio de Persora, ut stabilirentur et servirent Deo in dicto monasterio sub professione regulae sancti Benedicti, et nos in perpetuum stabile et firmum fore concederemus et nostrae majestatis vigore corroboraremus quaecumque eidem loco largiebantur de bonis suis sine advocatione. Cujus petitioni annuendo, praefatum monasterium in posterum stabile fore statuimus, firmando quoque concessimus, id ipsum postulante domno Hildemanno, Senonensi archiepiscopo, ut locus ipse deinceps solutus sit et quietus. Quaecumque vero a praefato Burchardo eidem loco donata sunt, villam videlicet quae dicitur Brayacus et duos molendinos apud villam quae dicitur Monsmorencius et servos et ancillas et cetera omnia monachi quiete possideant sine advocatione. Ego Wido cancellarius ad vicem Artoldi, archicancellarii regii subscripsi. Datum in palatio Lauduni Clavati, apud monasterium sancti Johannis, decimo decembris, anno quinto regnante Lothario rege gloriossimo.

(Sigillum appensum).

M.B., 11 février 1988, Caltech.

APPARAT CRITIQUE.

(a) Alberici D
(b) Cemtumliis D
(c) Adredus C, Aelredus D
(d) Perdora C
(e) Hilderamno D

INDEX NOMINUM.

Aedredus rex OD1a
Alvericus dux OD1a
Anglia OD1a
Artoldus archicancellarius OD1a
Braiacus (monasterium) OD1a
Burchardus miles OD1a
Centum lilia OD1a
Hildegardis OD1a
Hildemannus archiepiscopus OD1a
Lotharius rex OD1a
Monsmorencius OD1a
Paternus sanctus OD1a
Pavacius sanctus OD1a
Persora coenobium OD1a
Theobaldus dominus de Centum Liliis OD1a
Wido cancellarius OD1a

INDEX RERUM.

advocatio OD1a
ancilla OD1a
archicancellarius regius OD1a
cancellarius OD1a
consilium OD1a
dominus (de Centum Liliis) OD1a
miles OD1a
molendinus OD1a
palatium OD1a
regula S. Benedicti OD1a
servus OD1a
villa OD1a

VEDETTE.

Confirmation de la fondation et de la dotation d'un monastère.

ODlb

v. 978.

Liégeard, comtesse, avec ses fils Hugues, archevêque de Bourges et Eudes Ier, comte de Blois, donne à Saint-Martin de Tours et à l'abbé Hugues Capet, pour l'âme de son défunt mari Thibaud le Tricheur, celles de Richilde, mère de Thibaud, et de Richard, son frère, la potestas promise à sa mort par ledit Richard à la place d'une autre, appelée Jouy, que sa mère avait léguée mais que du consentememt de Thibaud il avait conservée pour lui. Il s'agit de Chalautre-la-Grande avec l'église Saint-Georges et diverses dépendances : la villa de Puits-Froux, celle de Cantegrelle avec le mesnil d'Ordon, des manses et hostises en terre arable, prés et forêt dans les villae de Pigy, de Tedors et à Corbedinus, des deniers à Courtioux et au Mériot et le tiersde la forêt de Ferrières, le tout dans le pagus de Morvois et le comté de Troyes.

A.
B.
C.

a. Gallia Christiana, t.2, inst. 8, no 12.
b. H.d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne,t.1, 1859, p.461, no 28 , vers 980.

IND.
M.Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p.242.

Cette charte est comprise entre la mort de Thibaud le Tricheur en 975 (F.Lesieur, Thibaud le Tricheur, Mémoires de la Société des Sciences et des Lettres du Loir-et-Cher, t.33, 1963) et celle de son fils, l'archevêque de Bourges Hugues en 985. on ignore la date exacte du décès de Liégeard un 14 novembre, mais on sait qu'elle fit des donations importantes pour l'âme de son mari à l'abbaye de Saint-Père de Chartres le 5 février 978 (Arch. dép. Eure-et-Loir, H 500, no 1) et le 16 août 979 (B. Guérard, Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres, t.I, 1840, p.66, no 9). Cette charte pourrait être de la même époque. Son intérêt est considérable pour l'étude du pagus mauripensis, ou Morvois, ancien doyenné de Pont-sur-Seine, inclus dans le diocèse et le comté de Troyes. Ce pagus, voisin de celui de Queudes, traditionnellement rattaché au comté de Meaux , assurait la liaison entre les deux parties du domaine des comtes de Troyes et

liaison entre les deux parties du domaine des comtes de Troyes et de Meaux.

Richilde qui se rattache à la souche des Bosonides, possédait de grands biens non seulement en Morvois mais aussi dans le comté de Meaux, à Jouy [le Châtel]. Cette implantation foncière explique comment les comtes de Blois prirent pied aisément à l'Est de la Seine et, à la suite du mariage de Liégeard, fille d'Herbert II de Vermandois et soeur d'Herbert le Vieux et de Robert, avec Thibaud le Tricheur en 943, s'assurèrent la domination de Provins.

b

Multipliciter multiplex misericordia Dei.....

Quocirca, in nomine summi salvatoris Domini, ego Letgardis comitissa, necnon Hugo episcopus et filius meus, et item filius meus Odo comes, omnipotentis Dei magnam considerantes devota mente clementiam atque fragilitatis nostrae modum intendentes ac etiam pavescentes ultimum diem tremendi judicii, offerimus Deo et sancti confessori ejus Martino, quatenus ipsum pium antistitem propitium mereamur habere in nostris necessitatibus suffragatorem, donamus donatumque esse volumus eidem, ut dictum est, praelibato praesuli domino nostro Martino, suae scilicet congregationi cui praeesse videtur venerabilis Hugo abbas, tam pro anima Theobaldi comitis, quondam senioris mei, simulque mercede nostrae in futuro remunerationis necnon et pro anima Richildis, quondam sanctimonialis, ejusque filii Richardi episcopi, qui etiam eandem potestatem praefato sancto Martino, moriens, devoverat, pro emendatione alterius nomine Gaudiaci quam praefata mater ejus saepefato Martino per praeceptum devota mente dederat; sed idem praedictum, mortua matre, non valens a

fratribus tantum in vita sua ea impetrare, violenter per consensum jam dicti comitis et fratris sui Theobaldi in vita sua tenuit. Quorum elemosynam et sancti Martini rectitudinem recognoscentes, offerimus, ut superius dictum est, eidem domino Martino, patrono nostro, tam pro anima nostra ipsa, ad ipsius potestatem, hoc est Calixtam Novam cum ecclesia in honore sancti Georgii constructa et in omnibus rebus ad ipsam potestatem aspicientibus, hoc est cum villa Puteo Flodulphi et cum altera villa Cantegrello nomine, cum quodam mancile Ordono, scilicet tribus mansis et medio, et in Pelgiaco villa mansis VII inter silvam et terram arabilem, et in Corbedino tria hospitia et terram arabilem, et in villa Tedors mansum unum cum pratis, et in Curte Agoldi unde exeunt d. VI, et insuper tertiam partem silve Ferrarias cum villa Mergelli unde exeunt d. XII. Haec omnia praelibato sancto Martino suisque canonicis ad eorum peculiare cedimus, tradimus atque transfundimus, sita in comitatu Trecassino, in pago scilicet Morivensi, a praesenti die et deinceps, ita ut ab hodierna die, quidquid ex ipsis rebus facere voluerint, liberam in omnibus habeant faciendi potestatem, et de nostro jure in sui potestatemque sancti Martini ipsorumque canonicorum cedimus. Si quis autem hanc nostram elemosynae oblationem, aliquis ex haeredibus nostris vel etiam praefatae Richildis et Richardi filii, seu aliqua aliunde intromissa persona refringere tentaverit, imprimis sanctum confessorem Martinum contra se offensum sentiat, nisi citissime a sua malevola cupiditate conversus fuerit et nisi partibus ipsius

ecclesiae libras auri trigenta coactus exsolvat. Sed haec nostra donatio nostris aliorumque bonorum hominum manibus roborata, firma et stabilis omni tempore permaneat. Hugo, Biturigensis archiepiscopus. Signum Odonis comitis.

M.B.11 février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Calixta nova OD1b
Cantegrellum (villa) OD1b
Corbedinus OD1b
Curtis Agoldi OD1b
Ferrarias (silva) OD1b
Gaudiacus OD1b
Hugo [Capet] abbas OD1b
Hugo archiepiscopus OD1b
Ledgardis comitissa OD1b
Mergelli villa OD1b
Morivensis pagus OD1b
Odo comes OD1b
Ordon. (mancile) OD1b
Pelgiacus (villa) OD1b
Puteus Flodulphi (villa) OD1b
Richardus archiepiscopus OD1b
Richardis sanctimonialis OD1b
Sancti Martini congregatio OD1b
Tedors villa OD1b
Theobaldus comes OD1b
Tricassinus pagus OD1b

INDEX RERUM.

aurum OD1b
canonicus OD1b
comitatus OD1b
denarius OD1b
ecclesia OD1b
hospitium OD1b
mancile OD1b
mansus OD1b
pagus OD1b
patronus OD1b
potestas OD1b
pratum OD1b
sanctimonialis OD1b
senior OD1b
silva OD1b
terra arabilis OD1b
villa OD1b

VEDETTE.

Don de terre et de revenus à une église.

ARENGA.

Pavescentes ultimum diem tremendi judicii, offerimus Deo et sancto Martino....,quatenus ipsum pium antistitem propitium mereamur habere in nostris necessitatibus suffragatorem.

ODlc

1028 mai 14 - 1029 mai 13. - Chelles.

Francon, évêque de Paris, avec l'aide du roi Robert et de la reine Constance, s'accorde avec Aubri, fils du comte Geoffroy de Château-Landon, et les frères dudit Aubri, Geoffroy et Lietold, fils d'Hugues du Perche, à propos des villa de Boësses et d' Echilleuses dans le comté de Gâtinais, qui appartiennent à la mense épiscopale et que son prédecesseur, l'évêque Renaud, avait données, sans l'avis du pouvoir royal, au comte Geoffroy à cause de la guerre entre son père Bouchard et le comte Eudes.

A. Original perdu
B. Copie du XIIème siécle, Livre Noir de Notre-Dame de Paris, Arch.Nat., LL 78, p.150, no 68 avec les souscriptions.
C. Copie du XIIIème siécle, Petit Pastoral de Notre-Dame de Paris, Arch.Nat., LL 77, no 97 sans les souscriptions.

a. Dubois, Historia ecclesiae Parisiensis, t. I, p. 636, incomplet.
b. B.Guérard, Cartulaire de Notre-Dame de Paris, t. I, p. 326, no 19, omet la plupart des souscriptions.
c. J.Devaux, Etude ... sur les comtes de Gâtinais, Annales de la Société historique et archéologique du Gâtinais, t.3, 1885, p.81, d'après a et b.

IND.

Bréquigny, Table chronologique, t.I, p.554.
Ch.Pfister, Etudes sur le règne de Robert le Pieux, no 78
F. Soehnée, Catalogue des actes d'Henri Ier, no 10, référence inexacte.
M. W. Newman, Catalogue des actes de Robert II, 1937, p.97, no 78

La guerre ici évoquée entre Bouchard de Vendôme, comte de Melun, et un certain comte Eudes s'est déroulée sous l'épiscopat de Renaud (991-1066), avant la mort de Bouchard en 1007. La Vita Burchardi relate que le comte de Blois Eudes Ier voulut arracher Melun à Bouchard et qu'un peu plus tard, les deux adversaires s'étant rencontrés à Orsay dans le comté de Melun, le sort des armes fut défavorable au comte de Blois.

Ce témoignage se trouve corroboré par celui de Richer (Historia, L IV, c 74-80). Eudes Ier revendiquait la possession de Melun parce que la place avait appartenu à son aïeul (probablement Herbert II de Vermandois), que le roi l'avait abusivement inféodée à un tiers et surtout parce qu'elle constituait un excellent point de passage sur la Seine. F. Lot (Hugues Capet, p.159) a fixé la date du siège de Melun en 991. De fait, Gerbert, au concile de Mouzon (995), rappelle qu'au moment de son élection comme archevêque de Reims, Eudes Ier, "cette bête féroce", s'en prenait aux prêtres de Dieu et interceptait toutes communications publiques (Ibid. p.93).

Il convient de replacer ces événements dans la politique générale des comtes de Blois, soucieux de relier leurs possessions de la Beauce à celles de la Brie (Provins) en s'emparant des points de passage sur la Seine: Bray vers 958, Melun en 991, Montereau en 1015 etc...

b

In nomine regis ęterni. Ego Franco, annuente Dei clementia Parisiorum humilis episcopus, notum fieri volumus tam pręsentium ętati quam futurorum posteritati quia donnus Rainaldus episcopus, noster prędecessor, dedit quasdam villas, inconsulte et absque consilio regalis potestatis, de mensa episcopi, videlicet Buxas et Cabiosas, sitas in comitatu Vuastinensi, Gosfredo, comiti Landonensis castri, quod et factum est pro nulla utilitate ęcclesię sed propter vuerram et discordiam quę tunc temporis erat inter patrem suum nomine Burchardum et comitem Odonem, quod ita longo tempore permansit. Postea vero, auxiliante Domino nostro atque genitrice ejus Maria necnon patrocinante juvamine domini nostri piissimi regis Roberti atque Constantię ejus conjugis, nobilissimę regină et per nostram apud eos humilem deprecationem, talis facta est conventio inter nos et Albericum, illius supradicti Gosfredi filium et hęredem, et insuper faventibus

fratribus ipsius Alberici, filiis Hugonis Pertice, scilicet Gosfredo et Letoldo, quia unam ex ipsis potestatibus nomine Cabiosas, cum ęcclesia quę est in illa villa, reddiderunt, alteram vero ęcclesiam quę est in villa quę dicitur Buxas, similiter reddiderunt, ea videlicet ratione ut, quamdiu Adraldus clericus advixerit, eandem ęcclesiam teneat nobisque censum de ea reddat et post ejus ab hac vita discessum ad jus Sanctę Marię et nostrum redeat. Cętera autem ad easdem villas pertinentia ipsi Alberico et duobus hęredibus ejus per manus firmitatem concedimus, eo videlicet tenore ut omni anno, in festivitate sancte Marię, quę est VI idus septembris, in censum X solidos denariorum ad mensam nostram persolvant. Quod si inde negligentes apparuerint, legaliter emendent et minime perdant. Ut autem hęc manus firmitas vigorem per omnia teneat, auctoritate domini nostri regis et reginę atque prolis eorum, manu propria eam firmavimus fidelibusque nostris clericis ac laicis corroborandam tradidimus. Actum apud monasterium Kalas, VII kal. junii, regnante serenissimo rege Roberto anno XXX, Henrico autem ejus filio II. S. Rotberti regis. S. Henrici regis. S. Constantię reginę. S. Rotberti ejus filii. S. Franconis episcopi. S.Gosfredi decani. S. Olrici archidiaconi. S. Lisierni archidiaconi. S.Alberti archidiaconi... S. Waleranni comitis. S. Drogonis comitis... Harduinus scripsit atque recensuit vice Lantberti cancellarii.

M.B. 24 mars 1988, Caltech.

## INDEX NOMINUM

Adraldus clericus OD1c
Albericus OD1c
Albertus archidiaconus OD1c
Burchardus (comes) OD1c
Buxas OD1c
Cabiosas OD1c
Constantia regina OD1c
Drogo comes OD1c
Franco episcopus OD1c
Gosfredus comes OD1c
Gosfredus decanus OD1c
Gosfredus OD1c
Harduinus OD1c
Henricus rex OD1c
Hugo Perticus OD1c
Lantbertus cancellarius OD1c
Letoldus OD1c
Lisiernus archidiaconus OD1c
Odo comes OD1c
Olricus archidiaconus OD1c
Rainaldus episcopus OD1c
Robertus rex OD1c
Robertus OD1c
Vuastinensis comitatus OD1c
Walerannus OD1c

## INDEX RERUM

archidiaconus OD1c
cancellarius OD1c
census OD1c
clericus OD1c
comitatus OD1c
consilium OD1c
conventio OD1c
decanus OD1c
denarius OD1c
ecclesia OD1c
laicus OD1c
manusfirmitas Od1c
mensa OD1c
nobilis OD1c
potestas OD1c
solidus OD1c
villa OD1c
vuerra OD1c

## VEDETTE
restitution de biens (églises) à une église

OD1 - index

ADRALDUS CLERICUS OD1C
advocatio OD1a
AEDREDUS REX OD1A
ALBERICUS OD1C
ALBERTUS ARCHIDIACONUS OD1C
ALVERICUS DUX OD1A
ancilla OD1a
ANGLIA OD1A
archicancellarius regius OD1a
archidiaconus OD1c
ARTOLDUS ARCHICANCELLARIUS OD1A
aurum OD1b
BRAIACUS (MONASTERIUM) OD1A
BURCHARDUS MILES OD1A
BURCHARDUS (COMES) OD1C
BUXAS OD1C
CABIOSAS OD1C
CALIXTA NOVA OD1B
cancellarius OD1a
cancellarius OD1c
canonicus OD1b
CANTEGRELLUM (VILLA) OD1B
census OD1c
CENTUM LILIA OD1A
clericus OD1c
comitatus OD1c
comitatus OD1b
consilium OD1c
consilium OD1a
CONSTANTIA REGINA OD1C
conventio OD1c
CORBEDINUS OD1B
CURTIS AGOLDI OD1B
decanus OD1c
denarius OD1c
denarius OD1b
dominus (de Centum Liliis) OD1a
DROGO COMES OD1C
ecclesia OD1c
ecclesia OD1b
FERRARIAS (SILVA) OD1B
FRANCO EPISCOPUS OD1C
GAUDIACUS OD1B
GOSFREDUS DECANUS OD1C
GOSFREDUS OD1C
GOSFREDUS COMES OD1C
HARDUINUS OD1C
HENRICUS REX OD1C
HILDEGARDIS OD1A
HILDEMANNUS ARCHIEPISCOPUS OD1A
hospitium OD1b

HUGO [CAPET] ABBAS OD1B
HUGO ARCHIEPISCOPUS OD1B
HUGO PERTICUS OD1C
laicus OD1c
LANTBERTUS CANCELLARIUS OD1C
LEDGARDIS COMITISSA OD1B
LETOLDUS OD1C
LISIERNUS ARCHIDIACONUS OD1C
LOTHARIUS REX OD1A
mancile OD1b
mansus OD1b
manusfirmitas Od1c
mensa OD1c
MERGELLI VILLA OD1B
miles OD1a
molendinus OD1a
MONSMORENCIUS OD1A
MORIVENSIS PAGUS OD1B
nobilis OD1c
ODO COMES OD1C
ODO COMES OD1B
OLRICUS ARCHIDIACONUS OD1C
ORDON. (MANCILE) OD1B
pagus OD1b
palatium OD1a
PATERNUS SANCTUS OD1A
patronus OD1b
PAVACIUS SANCTUS OD1A
PELGIACUS (VILLA) OD1B
PERSORA COENOBIUM OD1A
potestas OD1c
potestas OD1b
pratum OD1b
PUTEUS FLODULPHI (VILLA) OD1B
RAINALDUS EPISCOPUS OD1C
regula S. Benedicti OD1a
RICHARDIS SANCTIMONIALIS OD1B
RICHARDUS ARCHIEPISCOPUS OD1B
ROBERTUS OD1C
ROBERTUS REX OD1C
SANCTI MARTINI CONGREGATIO OD1B
sanctimonialis OD1b
senior OD1b
servus OD1a
silva OD1b
solidus OD1c
TEDORS VILLA OD1B
terra arabilis OD1b
THEOBALDUS COMES OD1B
THEOBALDUS DOMINUS DE CENTUM LILIIS OD1A
TRICASSINUS PAGUS OD1B
villa OD1c

villa OD1b
villa OD1a
VUASTINENSIS COMITATUS OD1C
vuerra OD1c
WALERANNUS OD1C
WIDO CANCELLARIUS OD1A

## Eudes II

+ 1037

Fils et héritier d'Eudes 1er, Eudes II porte le titre de comte du Palais. En 1015, il construit au confluent de la Seine et de l'Yonne le château de Montereau et, vers la même date, sur la Meuse, celui de Vaucouleurs. En 1023, il hérite de son petit-cousin Etienne les comtés de Troyes, de Meaux et de Châlons-sur-Marne, mais doit abandonner à l'archevêque celui de Reims. Il ne parvient pas à s'emparer de Sens ni de Toul. En 1032, il entre en compétition avec l'empereur Conrad II pour la couronne de Bourgogne, qu'il revendique du chef de sa mère Berte, sœur du roi Rodolphe III. Le 15 novembre 1037, il est tué à la bataille d'Honol, non loin de Bar-le-Duc.
Il s'est vu attribuer le surnom de *Campanicus,* le Champenois.

OD2a

1003- 1009

Eudes, comte, lègue à sa mort à l'abbaye de Saint-Père de Chartres une partie de la terre de Bois-Méan dans le comté de Dunois et reçoit en échange de l'abbé Mainard la villa de Gouaix près du château de Provins.

a. B. Guérard, Cartulaire de Saint-Père de Chartres, t.1, p. 96, (1004-1024).

b. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 1, 1859, p. 466, no 32, première partie seulement, 1005-1009, d'après a.

IND.

L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux..., 1892, cat., p.104, no 18, (1004-1009).

Mainard devient abbé de Saint-Père de Chartres en 1003. Berthe, mère d'Eudes II, abandonne son titre de reine en 1009. Cette notice relate des événements compris entre ces deux dates et prouve, ainsi que le suggéraient déjà les vers 22 à 26 du Rythmus satiricus , v.996 (ed. G. A. Huckel, Les poèmes satiriques d'Adalbéron [de Laon], 1901, p. 85), que les comtes de Blois étaient en possession de la châtellenie de Provins avant l'acquisition par Eudes II en 1021 de l'héritage champenois. Il semble que le comte ait cherché à renforcer à l'est de la Seine son implantation domaniale, condition d'un exercice efficace de ses droits de justice et de commandement dans la région.

a

Notum sit cum presentibus tam futuris de quadam conventione quae facta est inter comitem Odonem et monachos Sancti Petri: Habent enim praedicti monachi quandam terram in comitatu Dunensi quae vocatur Boscus Medius, de cujus quadam parte contentio erat

inter homines ejusdem comitis et homines Sancti Petri, quae etiam sacramentis et judiciis inter eosdem est partita. De ea vero parte quae ad comitem Odonem pertinuit, praefatus comes pro animae suae remedio habuit conventionem erga Magenardum abbatem et monachos ejusdem loci, ut eis illam redderet, ea scilicet ratione ut eam praedictus comes tantum in vita sua teneret et monachi unum colonum in vestituram. Post mortem vero prefati comitis, ad eundem locum terra praedicta remaneret. Et ut haec conventio firma inter eos fieret, hoc scriptum comes fieri jussit, et ut in perpetuum ratum et firmum permaneret, manibus suis illud roboravit et manibus fidelium suorum roborandum tradidit. S. Odonis comitis, S. Ermengardis uxoris ejus, S. Bertae reginae, S. Agnetis, S. Yvonis, S. Rainoldi vicedomini, S. Nivelonis, S. Wascelini, S. Landrici largi, S. Gilonis, S. Tedbaldi laïci, S. Odonis, S. Gausberti, S. Siebodi, S. Walterii, S. Tedbaldi clerici. Haec conventio secuta minime fuit, nam, gladio Lothariorum interfectus, non valuit sequi conventionem nec filii ejus in propriis usibus terram prefatam nequaquam habuisse noscuntur. Milites quoque, qui eam possident, asserunt eandem terram cum saltu adjacente datam esse Walterio de Alogia ab Odone comite in prelio Pontis Levigati, ubi male pugnavit contra Fulconem Andegavensem comitem. Utrum vero verum dicant an non, certus non sum, tamen scio quia colonus, qui sicut superius, datus est a comite monachis in vestituram, sub potestate eorum usque in presentem diem permanet. Terminatur denique ipsa terra de qua loquor, ab orientali plaga, saltu magno quam quantum arcus

sagittam potest jacere tantum possidere videmur, cum illis qui participantur nobiscum eandem terram, et ab occidentali quidem plaga dividitur quadam via subqua via usque ad aquam vocitatam Ederam tota terra, ab antiquis temporibus monachorum potestati subdita, et usque ad fontem nominatim Meidlai de quo mulier aurire nullo modo valet inulta (nam fertur quaedam temere ausisse statimque lumen amisisse). Ex altera parte, terra Buxeduli quae a modernis monachis etiam et ipsa potestati eorum, jure emptionis, subposita esse noscitur. Verum enim vero de supradicta conventione, id quod domni Rodberti, nostri monachi atque Fossatensis cenobii quondam abbatis, relatione persepe audivi, silere nequeo, quia, dum cordis caminus indignationis igne valde succenditur, necesse est aliquo aditu ignis fumam, ut ad alta evolet, egredi. Unde ipse, quod ab eodem vero audisse me memini, palam proferam. Referebat namque quia tunc temporis monachi quandam villam habebant, non longe a castro quod Provinus vocitatur, et ipsa Guuiz nominatur, quam statim, in praefata conventione, Magenardus abbas cum omnibus fratribus comiti dederunt ut partem ipsius terrae, quam supra diximus, post comitis mortem reliquae terrae quae propria erat, jure hereditario, adjunctam possiderent. In quo, pro incertis cetera relinquentes, morem canis sunt secuti carnis offam ore tenentis, cujus aviditas tanta esse cernitur, ut fluminis aquam transmeans, dum viderit umbram carnis in fundo fluminis hianti ore currens, ad umbram numquam sumendam, offam perdidit, undis currentibus, fugientem.

M.B., 22 février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Alogia OD2a
Agnes OD2a
Berta regina OD2a
Boscus Medius OD2a
Buxedulis terra OD2a
Dunensis comitatus OD2a
Edera aqua OD2a
Ermengardis (uxoris Odonis) OD2a
Fossatense coenobium OD2a
Fulco Andegavensis comes OD2a
Gausbertus OD2a
Gilo OD2a
Guuiz villa OD2a
Landricus largus OD2a
Lotharii OD2a
Magenardus abbas OD2a
Meidlai fons OD2a
Nivelo OD2a
Odo comes OD2a
Odo OD2a
Pontis Levigati proelium OD2a
Provinus castrum OD2a
Rainoldus vicedominus OD2a
Rodbertus Fossatensis abbas OD2a
Sancti Petri Carnotense [monasterium] OD2a
Siebodus OD2a
Tedbaldus clericus OD2a
Tedbaldus laïcus OD2a
Walterius OD2a
Walterius de Alogia OD2a
Wascelinus OD2a
Yvo Od2a

INDEX RERUM.

arcus OD2a
castrum OD2a
clericus OD2a
colonus OD2a
comitatus OD2a
conventio OD2a
fidelis OD2a
hereditarium jus OD2a
homo OD2a
judicium OD2a
laïcus OD2a
miles OD2a

potestas OD2a
sagitta Od2a
saltus OD2a
sacramentum OD2a
terra OD2a
vestitura OD2a
vicedominus OD2a
villa OD2a

VEDETTE.

Echange de biens fonciers entre Eudes II et une église.

ARENGA: Ces considérations pourraient en tenir lieu:

1) Dum cordis caminus indignationis igne valde succenditur, necesse est aliquo aditu ignis fumum, ut ad alta evolet, egredi.

2) Pro incertis cetera relinquentes, morem canis sunt secuti carnis offam ore tenentis, cujus aviditas tanta esse cernitur, ut fluminis aquam transmeans, dum viderit umbram carnis, in fundo fluminis hianti ore currens, ad umbram nunquam sumendam, offam perdidit, undis currentibus, fugientem.

[1021, après le 9 juin]

Lettre de Fulbert, évêque de Chartres au roi Robert à propos de l'élection de l'évêque de Meaux.

A.
B. Leyde, Vossianus latin Q 12, Ière moitié du XIème siècle
C. Paris, B.N. latin 14167, milieu du XIème siècle
D. Paris, B.N. latin 2872, 2ème moitié du XIème siècle
E. Durham cathedral, B II, 2 , fin du XIéme siècle
F. Vatican, Reginensis latin 278, XIIème siècle
G. Lincoln cathedral, 134, XIIème siècle

a. R.H.G.F., t.10, 1760, p.478, no 73 (vers 1026)
b. J.P. Migne, Patrologie latine, t.141, col.150, no 101
c. F. Behrends, The letters and poems of Fulbert of Chartres, 1976, p.106, no 61 ( fin 1021-1022)

Nous adoptons, en la limitant à 1021, la datation de F. Behrends, fondée sur la cohérence du dossier formé par les lettres 52 à 61 de son édition. L'affaire de Meaux, commencée (lettre 52) peu avant la mort du comte Etienne (milieu de 1021) prend fin sous son successeur Eudes II, qui astucieusement prétend en confier la solution à Fulbert.

C

Serenissimo regi Francorum R[otberto], F[ulbertus] humilis Carnotensium episcopus, quod decet et prodest.

Gratulor tibi, domine mi, quod fonte bonitatis ut semper irriguus, negocium Dei mandasti mihi tractare ut expedit. Talia denique te regem precipere decus est, subditosque tibi capessere tutum. Sed illud miror quod Odonem comitem in mea deliberacione

vel posuisse vel positurum esse dixisti quid facere debeat de recepcione Meldensis episcopi, cum abhinc anno fere dimidio nec ipsum viderim nec de tali negocio legacionem ejus acceperim. Attamen si aspirante Deo ad nos venire, et consiliis meis adquiescere voluerit, desinet procul dubio predictam aecclesiam lacerando divinam ulcionem in se provocare, tuisque sacris ordinacionibus contraire.

M.B., 23 février 1988, Caltech

APPARAT CRITIQUE.
(a) Valete add. C et Vale add. D

INDEX NOMINUM.

Fulbertus episcopus OD2b
Rotbertus rex OD2b
Meldensis episcopus OD2b
Odo comes OD2b

INDEX RERUM.

consilium OD2b
receptio OD2b

VEDETTE.

Election épiscopale.

OD2c

1021 (seconde moitié) - 1022.

Lettre de Fulbert, évêque de Chartres à l'archevêque de Reims Ebles, pour l'informer qu'il a persuadé le comte Eudes de réparer ses torts envers lui et, se référant à l'évêque Béraud de Soissons, pour le dissuader d'abandonner sa charge pastorale.

A.
B. Leyde, Vossianus latin, Q 12, Ière moitié du XIème siècle
C. Paris, B. N. latin, 14167, milieu du XIème siècle
D. Paris, B. N. latin, 2872, 2ème moitié du XIème siècle
E. Durham cathedral, B II, 2 , fin du XIème siècle
F. Vatican, Reginensis latin 278, XIIème siècle
G. Lincoln cathedral, 134, XIIéme siécle

a. Ch. de Villiers, D.Fulberti Carnotensis episcopi antiquissimi opera varia, 1608, fol. 58 r
b. A. Duchesne, Historiae Francorum scriptores, t.4, 1641, p.181
c. G. Marlot, Metropolis Remensis historia, t.2, 1679, p.65
d. R.H.G.F., t.10, 1760, p.473, no 60
e. J. P. Migne, Patrologie latine, t.141, 18 , col.224, no 44
f. F. Behrends, The letters and poems of Fulbert of Chartres, 1976, p.100, no 58 (milieu 1021-1022)

Traduction.

H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, 1859, p. 250 (incomplète), 1023.

IND.

L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux, 1892, p. 93.

Nous continuons à adopter ici la chronologie proposée par F. Behrends, fondée sur la cohérence du dossier épistolaire, comprenant selon sa numérotation les lettres 52 à 61.

<u>f</u>

Venerando Remorum archipresuli Ebalo, F[ulbertus] Carnotensium humilis episcopus.

Angustiae tuae compaciens, Odonem comitem arguendo conveni. Respondit tandem quod in te deliquerat emendare se velle, et ad tollendam animi tui egritudinem, adjuvare quod maxime desideras, ut Remensis ecclesia respiret ad pristinam dignitatem. Si haec tibi facere voluerit, recipere suadeo, ut quamprimum expeditus redeas ad officium tuum. Deinde suggero etsi non indiges, ut ad pacem pauperum componendam tota mente satagas, quos sui reges et principes vehementer affligunt. Preterea Beroldo episcopo referente audivi sic te merore affectum, ut curam gregis Domini relinquere velis. Quod ego acriter et amice redarguo, testans te, si hoc egeris, non fuisse pastorem. Vale memor mei peccatoris in oracionibus tuis.

M.B., 23 février 1988, Caltech.

<u>APPARAT CRITIQUE</u>.

(a) pacem ..... componendam] pauperum componendam B G (dans G, lacune après pauperum) pauperum componendam E F.

INDEX NOMINUM.

Beroldus episcopus OD2c
Ebalus archipresul OD2c
Fulbertus episcopus OD2c
Odo comes OD2c
Remensis ecclesia OD2c

INDEX RERUM.

cura gregis Domini OD2c
dignitas OD2c
officium Od2c
pastor OD2c
pax pauperum OD2c
princeps OD2c
rex OD2c

VEDETTE.

Torts faits à l'Eglise de Reims

OD2d

[1023]

Lettre du comte Eudes au roi Robert: Eudes ne s'est pas rendu au plaid auquel le comte Richard l'avait convoqué parce que le roi a refusé de lui faire justice, alléguant qu'il était indigne de tenir des bénéfices de lui. Il s'élève contre ce préjugé, étant donné que son origine, la nature du bénéfice, les services qu'il a rendus l'habilitent à recevoir des honneurs sans lesquels il ne saurait vivre. Il souhaite la concorde avec le roi, car si la discorde lui est pénible, elle prive aussi l'office royal de sa racine, qui est la justice, et de son fruit, la paix.

A.
B. Leyde, Vossianus latin, Q 12, no 46, Ière moitié du XIème siècle
C. Paris, B. N., latin 14167, no 51, milieu du XIème siècle
D. Paris, B. N., latin 2872, no 83, 2ème moitié du XIème siècle
E. Durham cathedral, ms B II, 2, fin du XIème siècle
F. Vatican, latin 1783, no 33, XIème siécle
G. Vatican, Reginensis latin 278, no 46, XIIème siècle

a. Papire Masson, Fulberti Carnutum episcopi liber epistolarum, 1585
b. Ch. de Villiers, D.Fulberti Carnotensis episcopi antiquissimi opera varia, 1608, fol 91 v
c. A. Duchesne, Historiae Francorum scriptores, t.4, 1641, p.87
d. E. Martène et E.Durand, Amplissimi collectio, t.1, 1724, col 154
e. Brussel, Nouvel examen de l'usage général des fiefs, t.1, 1750, p. 337-39
f. R.H.G.F., t.10, 1760, p.501-2, no 20 (vers 1025)
g. J. P. Migne, Patrologie latine, t.141, 18 , col 938, no 93
h. F. Behrends, The letters and poems of Fulbert of Chartres, 1976, p.152, no 86 (milieu 1023- début 1024)

IND.

Bréquigny, Tables chronologiques, t.1, p. 552
L.Lex, Eudes, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de

Troyes et de Meaux (995-1037) et Thibaud son frère (995-1004), 1892, cat. p.111, no 43 (1024-25)

Les historiens les mieux au fait de ces événements ont daté cette lettre, Ch.Pfister de 1023, L. Halphen de 1022, J. F. Lemarignier de 1023. Nous estimons pour notre part qu'elle se situe avant la réunion de Compiègne du 1er mai 1023, c'est-à-dire au début de 1023 (M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p.162). Elle a trait à la succession du comte de Meaux et de Troyes Etienne, décédé avant le milieu de 1021.

h

Domino suo regi R[otberto], comes Odo.

Pauca tibi, domine, dicere volo si audire digneris. Comes Ricardus, tuus fidelis, monuit me venire ad justitiam aut ad concordiam de querelis quas habebas contra me. Ego vero misi causam hanc totam in manu ipsius. Tum ille ex consensu tuo constituit mihi placitum, et ubi hoc perfici posset. Sed instante termino cum ad hoc peragendum paratus essem, mandavit mihi ne me fatigarem ad condictum placitum veniendo, quia non erat tibi cordi aliam justificacionem seu concordiam recipere, nisi hoc tantum ut faceres mihi defendere quod non essem dignus ullum beneficium tenere de te, nec sibi competere dicebat ut me ad tale judicium exhiberet sine conventu parium suorum. Haec causa est cur tibi ad placitum non occurri. Sed de te, domine mi, valde miror, qui me tam prepropere causa indiscussa tuo beneficio judicabas indignum. Nam si respiciatur ad condicionem generis, claret Dei gratia quod hereditabilis sim. Si ad qualitatem beneficii quod mihi dedisti, constat quia non est de tuo fisco

sed de his quae mihi per tuam gratiam ex majoribus meis hereditario jure contingunt. Si ad servicii meritum, ipse profecto nosti donec tuam gratiam habui quomodo tibi servierim domi et miliciae et peregre. At postquam gratiam tuam avertisti a me et honorem quem dederas mihi tollere nisus es, si me et honorem meum defendendo aliqua tibi ingrata commisi, feci hoc lacessitus injuriis et necessitate coactus. Quomodo enim dimittere possum, ut non defendam honorem meum ? Deum et animam meam testor quod magis eligerem honoratus mori quam vivere dishonoratus. At si me dishonorare velle desistas, nihil in mundo est quod magis quam gratiam tuam vel habere vel promereri desiderem. Discordia enim tua mihi quidem molestissima est,sed tibi, mi domine, tollit officii tui radicem et fructum, justitiam loquor et pacem. Unde suppliciter exoro clementiam illam quae tibi naturaliter adest, si maligno consilio non tollatur, ut iam tandem a persecucione mea desistas meque tibi sive per domesticos tuos seu per manus principum reconciliari permittas.

M.B., 23 février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Odo comes OD2d
Ricardus comes OD2d
Robertus rex OD2d

INDEX RERUM.

beneficium OD2d
concordia OD2d
consilium OD2d
conventus parium OD2d
discordia OD2d
domesticus OD2d
fidelis OD2d
fiscus OD2d
genus OD2d
hereditarium jus OD2d
honor OD2d
judicium OD2d
justitia OD2d
majores OD2d
officium OD2d
pax OD2d
placitum OD2d
princeps OD2d
servitium OD2d

VEDETTE.

Fief.

OD2e

1025, après le 5 mars . - Epernay.

Le chapitre de Reims, en accord avec l'archevêque Ebles, notifie la convention qu'il a passée avec le comte Eudes à propos du Val de Rognon: Si Eudes parvient à remettre le chapitre en possession des biens qu'ont usurpés les fils du comte Odalric, il en recevra, pour sa vie, celle de sa femme et celle d'un héritier, la moitié des revenus en usufruit sans avoir le droit de les inféoder. Les ministériaux prêteront serment de fidélité aux deux parties. Eudes aura aussi une forêt pour y chasser, mais si des porcs y sont envoyés ou si des essarts y sont faits, le chapitre percevra la moitié de ce qui en proviendra. Le mesnil de Seigualdi curtis est exclu de la donation.

A. Original perdu
B. Vatican, Regina lat. 1283, cartulaire de l'archevéché de Reims, fol 61-64

IND.

J. Mabillon, Annales O.S.B., t.4 , , p.280
M. Bur, La formation du comté de Champagne, p.141, no 158 et p.168

Le Val de Rognon était à l'origine un bien fiscal donné par Lothaire II au comte Guibert, lequel le céda aux moines de Tournus en 870 ( F.Chifflet, Histoire de l'abbaye royale et de la ville de Tournus, 1664, pr. ,p. 212). Usurpé par les comtes de Basssigny, il fut légué par le dernier d'entre eux, Hugues, au chapitre de Reims en 961 (P. Varin, Archives législatives de la Ville de Reims, 2ème partie, Statuts, t.1, ,p.96, nécrologe de l'Eglise de Reims). L'archevêque Ouri l'attribua en précaire à ses neveux Odalric et Arnoul de Reynel en 968 (Flodoardi libri IV, éd. J. Sirmond, 1611, appendice, p.402 et J. P. Migne, Patrologie latine, t. 135, ,col 414). En 1199, le Val de Rognon se trouvait entre les mains des comtes de Champagne (H. d'Arbois de Jubainville, Histoire...., t.5, ,cat no 485, et Arch. dép. Marne, Cartulaire B du chapitre, fol 218 r.v.).

B

O.M. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Canonici sancte Marie Remensis ecclesie notum fieri volumus tam presentibus quam futuris hujus metropolis ecclesie filiis que vel qualis conventio inter nos et comitem Odonem facta sit de valle Rodigionis, jussu et consensu domni archiepiscopi Oebali. Perdebamus illic villas plerasque, quas per violentiam nobis auferebant filii Odalrici comitis qui factus fuerat monachus. Habuimus ergo cum Odone comite hujusmodi conventionem ut, si ea bona que in eadem valle predicti filii Odalrici comitis nobis abstulerant ad jus et vestituram ecclesie nostramque revocaret et sic ea nobis quieta faceret, sicut et sibi de omni proventu, redditu , censu justiciis et compositionibus que de ipsis rebus provenirent et de omni illa terra unam medietatem in vita sua habet et uxor sua Ermengardis in vita sua similiter et unus heredum suorum in vita sua similiter quem ad hanc successionem ipse vel ipsa vel fideles eorum nobis presentarent. Pactum, inquam, et laudatum est ut ipsa bona ipsis tribus singulatim ac nobis canonicis ita in comune forent ut non terras, mansos, mancipia vel prata partiamus sed usum fructum cunctasque redditiones earum rerum equaliter dividamus. Ministeriales autem ipsius vallis nobis et ipsis communi fidelitate jurent et si aliquis eorum in culpa deprehensus fuerit, compositio legis nobis et ipsis in commune veniat. Cautum quoque et ratione firmatum est

ut nullus predictorum trium eandem suam medietatem in beneficium alicui donet sed in dominicatam teneat. Quod si aliquis eorum hujus conventionis transgressor extitit, legaliter emendet. Sin autem nos quod dedimus recipiemus.Preter hanc supradictam rerum medietatem, concessimus Odoni comiti silvam ad venandum, ut totam advenandum habeat. Si tamen porci ad pastionem in eam mittuntur, nos de pasnatico medietatem habeamus. Si novalia, que sarta vocant, ibi sint vel facta fuerint, quicquid inde exierit nobis et ipsis in commune veniat. Mansionile Seigualdi curtis cum appendiciis suis nichil ad hanc conventionem atttinet, sed nostrum est ex integro, quia ipsum solidum tenemus et tenebamus quando cum Odone comite supradictam rationem pepigimus. Actum Sparnaco dominice incarnationis anno Millesimo XXV , regni Rotberti XXXVI, archiepiscopatus vero domni Ebali anno V. S. Ebali archiepiscopi hec confirmantis, S. Arduini, S.Ailulfi prepositi, S. Guntranni decani, S. Stephani, S. Richeri, S. Bardonis, S.Constantii, S. Alberti, S. Gibuini, S. Amalrici, S. Drogonis, S. Aduini, S. Mainis, S. Odalrici, S. Guidrici, S. Richeri, S. Herimanni, S. Attonis. De laicis autem S. Odonis comitis, S. Arnulphi comitis, S. Rainaldi comitis, S. Odonis, S. Engelranni, S. Ligulfi, S. Elberti, S. Ermenfridi, S. Aduini, S. Hugonis, S. Gindonis, S. Guermundi, S. Guiteri , S. Isembardi, S. Aleramni, S.item Isembardi, S. Hezelini, S. Harduini, S. Ratheri, S. Hugolini, S.item Hugolini.

M.B., 24 février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

Aduinus OD2e
Aduinus laïcus OD2e
Ailulfus prepositus OD2e
Albertus OD2e
Aleramnus OD2e
Amalricus OD2e
Arduinus OD2e
Arnulfus comes OD2e
Atto OD2e
Bardo OD2e
Constantius OD2e
Drogo OD2e
Ebalus archiepiscopus OD2e
Elbertus OD2e
Engelrannus OD2e
Ermenfridus OD2e
Ermengardis (comitissa) OD2e
Gibuinus OD2e
Gindo OD2e
Guermundus OD2e
Guidricus OD2e
Guiterus OD2e
Guntrannus OD2e
Harduinus OD2e
Herimannus OD2e
Hezelinus OD2e
Hugo OD2e
Hugolinus OD2e
Isembardus OD2e
Ligulfus OD2e
Mainis OD2e
Odalricus comes et monachus OD2e
Odalricus OD2e
Odo comes OD2e
Odo Od2e
Rainaldus comes OD2e
Ratherus OD2e
Richerus OD2e
Seigualdi curtis OD2e
Sparnacum OD2e
Stephanus OD2e
Vallis Rodigionis OD2e

INDEX RERUM.

beneficium OD2e
census OD2e
compositio OD2e
conventio OD2e
decanus OD2e
dominicata OD2e
fidelis OD2e
fidelitas OD2e
jus OD2e
justitiae OD2e
laicus OD2e
mancipia OD2e
mansionile OD2e
mansus OD2e
ministerialis OD2e
novalia OD2e
panasticum OD2e
pastio OD2e
porcus OD2e
pratum OD2e
prepositus OD2e
sarta OD2e
silva OD2e
terra OD2e
usus fructum OD2e
venare OD2e
vestitura OD2e
villa OD2e
violentia OD2e

VEDETTE.

bail à deux générations d'un usufruit.

OD2f

1026

Raimbert, évêque de Verdun, à la requête de l'abbé Richard et en présence du comte Godefroid de Verdun, notifie, confirme et sanctionne, en accord avec l'archevêque de Reims Ebles, les dons faits à l'abbaye de Saint-Vanne avec l'aide du comte Eudes par la comtesse Dada, épouse du comte Manassès de Rethel, et l'entremise des chevaliers Gautier, frère de Richard, et Wénérand, dans le diocèse de Reims et le comté d'Eudes, à savoir à Berru l'église avec deux manses, à Clairizet deux manses, à Lavannes deux manses, à La Neuvilette quinze manses avec terres, prés, deux moulins et plus de 60 mancipia des deux sexes, et enfin l'alleu d'Ambly.

B. Paris, B. N., Coll. Moreau, t.10, fol. 48-4 (B), C1 fol 21, C2 fol 21 v., no 30

a. H. Bloch, Die älteren Urkunden des Klosters S. Vanne zu Verdun, Jahrbuch der Gesellschaft für lothringische Geschichte, t. 10, 1898, p.433

IND.

J.Mabillon, Annales O.S.B., 2ème éd., t. 4, p.285
H.Dauphin, Le bienheureux Richard, abbé de Saint-Vanne de Verdun, 1946, p.147
M.Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p.181

a

In nomine sancte et individue Trinitatis per quam cuncta subsistunt visibilia et invisibilia, preterita, presentia et futura. Noverint presentes et futuri quod ego Raimbertus, Virdunice civitatis Dei gratia pastor et presul, per deprecationem reverendi patris Richardi sancti Vitoni confessoris

Christi, hanc cartulam composuerim, confirmaverim et episcopali auctoritate, per licentiam domni archiepiscopi Heboli sancte Remensis ecclesie pastoris, omnes sub anathemate esse perpetuo censuerim qui hanc aliquo modo infringere ausi fuerunt, quoniam in ipsius parrochia res site sunt, que subnotate sunt. Tradidit enim sancto Vitono, regnante rege Conrado anno secundo, domna Dada comitissa, uxor Manasse comitis de Reitest, per manum militum Wenerandi et Walteri, predicti abbatis fratris, ob remissionem peccatorum suorum, ecclesiam de Bedrui cum II mansis et ad Clarisellum mansos duos et apud Lavannam mansos II et que possidebat ad Novam Villam, scilicet mansos XV cum terris, pratis et II molendinis et mancipis utriusque sexus plus quam LX et allodium quod vocatur Amplivium. Hec omnia, misericordia Dei largiente ipsaque tradente, ecclesia nostra tenet et possidet, in his omnibus potissimum adjuvante pro amore loci et predicti abbatis Richardi comite Odone, in cujus comitatu sita sunt que nobis tradita sunt. Si quis ergo Deum parvipendens et salutem anime sue negligens hec sancto Vitono per vim et injustitiam auferre voluerit, petimus archiepiscopum sancte Remensis ecclesie, quicumque in sedem pontificalem sublimatus fuerit, quo talem inimicum qui vestra tulerit vobis, eum anathemate feriat, ut eum Dathan et Abiron vivus in infernum descendat atque cum Juda traditore eternas penas luat, nisi quantocius resipiscat. Advocati etiam loci nostri et comitis Virdunice civitatis Godefridi nomen hic adnotavimus in testimonium. Testes vero nobilissimi viri qui adfuerunt hii sunt : Anselmus, Johannes,

Amalricus. Manu etiam propria signum sancte crucis in calce impressimus et annos dominice incarnationis adnotavimus: anno dominice incarnationis MXXVI , indictione VIIII, concurrente V, epacta nulla, conscripta, confirmata et corroborata est hec carta.

M.B., 23 février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Amalricus OD2f
Amplivium OD2f
Anselmus OD2f
Bedruis OD2f
Clarisellu[m] OD2f
Conradus rex OD2f
Dada comitissa OD2f
Godefridus comes advocatus OD2f
Hebolus archiepiscopus OD2f
Johannes OD2f
Lavanna OD2f
Manasses comes OD2f
Novavilla OD2f
Odo comes OD2f
Raimbertus episcopus OD2f
Reitest OD2f
Richardus abbas OD2f
Sancti Vitoni (monasterium) OD2f
Virdunica civitas OD2f
Walterius OD2f
Wenerandus miles OD2f

INDEX RERUM.

advocatus OD2f
allodium OD2f
carta OD2f
cartula OD2f
civitas OD2f
comitatus OD2f
ecclesia Od2f
mancipia OD2f
mansus OD2f
miles OD2f
molendinus OD2f
nobilis vir OD2f
parrochia OD2f
pastor Od2f
pratum OD2f
presul OD2f
terra Od2f

VEDETTE.

Don de biens fonciers à une église
Fief

OD2g

1027 mai 15.- [Reims]

Robert le Pieux, à la requête de Dudon , abbé de Montier-en- Der, présentée le jour du sacre de son fils Henri, ordonne, sur le conseil des évêques et des grands, que le chevalier Etienne de Joinville, qui s'est approprié par la force les sept églises de Ragecourt, Vaux-sur-Blaise, Fays, Tremilly, Ville-sur-Terre, Saint-Christophe, Lassicourt, soit frappé d'anathème.

A. Original perdu
B. Copie du XIIème siécle, Ier cartulaire de Montier-en-Der, Arch. dép. Haute- Marne, 7 H 1, fol. 34 v.
C. Copie du XVIIème siécle, B. N., Coll. Baluze, t. 39, fol. 14 v.
D. Copie du XVIIème siécle, B. N., Coll. Baluze , t. 39, fol. 161
E. Copie du XVIIIème siécle, B. N., Coll. Champagne, t. 22, fol. 144 v, d'après B
F. Copie du XVIIIème siécle, par Dom Jean François, Histoire du diocèse de Châlons- sur- Marne, B. M. Châlons, ms 121, p. 187, d'après a (fragment)
G. Copie de 1874, Cartulaire de Montier-en- Der, B. N., nelles acq. lat. 1251, fol. 34 v., d'après B

a. J. Mabillon, Annales O.S.B., t.4, éd. 1707, p.332 et éd. 1739, p. 306
b. R. H. G. F., t.10, 1760, p. 613, d'après a ( incomplet)
c. R. A. Bouillevaux, Les moines du Der, 1854, p. 325, incomplet
d. Ordonnances des rois de France de la troisième race, Supplément, s. d. (vers 1854), p. 60, d'après a.
e. Ch. Lalore, Collection des principaux cartulaires du diocèse de Troyes, t.4, 1878, p. 145, no 20, d'après B

TRADUCTION.

H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, 1859, p. 287-88 (fragment).

IND.

Bréquigny, Tables chronologiques, t.1, p. 557
Ch. Pfister, Etudes sur le règne de Robert le Pieux, 1885, p. , no 80
L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de

Chartres, de Troyes et de Meaux, 1892, cat p. 112, no 46
F. Delaborde, Jean, sire de Joinville et les seigneurs de Joinville, 1894, cat. no 4
A. Roserot, Catalogue des actes royaux conservés dans les archives de la Haute- Marne, Le bibliographe moderne, 1902, p.55, no 35_
W. M. Newman, Catalogue des actes de Robert II, 1937, p. 85, no 68
Y. Bongert, Recherches sur les cours laïques du Xème au XIII ème siécle, 1944, p. 138

Nous publions cette charte de Robert le Pieux à cause des deux souscripteurs laïques qui y figurent , Eudes II et son cousin germain le duc Guillaume V d'Aquitaine. Eudes, nouveau comte de Champagne, est plus spécialement engagé dans le processus de restitution des églises à Montier-en-Der. C'est pour lui l'occasion d'imposer son autorité à un vassal indocile , Etienne de Joinville. Quant à Guillaume, qui fut le principal soutien d'Eudes dans l'affaire de la succession champenoise, il intervient ici à titre de plège vis-à-vis du roi. Il semble bien d'ailleurs que l'accord donné par les deux hommes au sacre de Henri ait déterminé Robert le Pieux à reconnaître définitivement les droits d'Eudes sur les fiefs champenois. (M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 169-170).

e

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jhesu Christi , divina ordinante providentia Rotbertus rex. Si justis et rationabilibus servorum Dei petitionibus aurem clementie impendimus, procul dubio exinde eternam a Domino mercedem nos recepturos speramus. Quapropter universis sancte Dei ecclesie fidelibus, tam presentibus quam futuris, notum fieri volumus, quoniam Dudo venerabilis abbas et ceteri fratres ex monasterio quod vocatur Putiolos, quod est in Dervo constructum in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli ac sancti Bercharii, qui

ipsum monasterium a novo opere construxerat, ubi nunc ipse gloriosus martyr et sancta Theodosia corpore requiescunt, ante presentiam nostram venerunt et causas sue necessitatis humiliter intimaverunt, reclamationem facientes de quibusdam rebus predicto monasterio ablatis, scilicet de septem ecclesiis, de Ragisicorte, de Vallis, de Faia, de Tramiliaco, de Saura Terra, de Sancto Christophoro, de Laderciacacorte, quas quidam miles Stephanus de Juncivilla nuper sua fortitudine invaserat, videlicet predicti tempore abbatis. Hujus clementissime faventes petitioni, ostendimus eam fidelium nostrorum clarissime congregationi, scilicet archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum, comitum ceterorumque multorum qui ad benedictionem mee prolis Henrici, futuram in die sancto Pentecosten, convenerant. Igitur episcoporum sancta conventio et procerum meorum amabilis multitudo hujus religiosi viri petitionem judicantes suscipere, tam pro remedio anime nostre quam pro statu sancte Dei ecclesie, cui videbatur preesse, quoniam predictus miles aberat, qui Dei ecclesie res invaserat, et presentialiter aliam non poteramus facere justitiam, eum decrevere percuti gladio anathematis, quorum decreto libenter assensum prebentes, hoc solum predicto abbati suggessimus, ut illa die ab hac re desineret, dicentes non esse voluntatis nostre quemquam illa die maledici qua filium meum statueramus benedici. In crastinum vero dilatam proclamationem jam dicto abbate ante presentiam nostram repetente, atque hoc idem pluribus in locis se fecisse, sed non profuisse sibi adserente, jussimus caterve episcoporum, cum laude

qui in presentia aderant principum, ut eterne maledictioni memoratum militem, nisi resipisceret, supponerent, quod et factum est: "Auctoritate Dei Patris omnipotentis et sancte Dei genitricis Marie et sancti Petri et omnium apostolorum et omnium electorum Dei, excommunicamus et omni genere maledictionis expugnamus predictum militem Stephanus qui res sanctorum apostolorum Petri et Pauli sanctique Bercharii martyris usurpando pervasit, nisi quod pervasit reddiderit, et per congruam satisfactionem penituerit". Istius anathematis vinculum nos pariter cum reliquis roborantes, jussimus ut usque ad satisfactionem haberet vigorem, et litteris que acta sunt denotarentur, et pontifices cum principibus, quorum judicio hec gesta sunt, subscriberentur. S. Rotberti, gloriossimi Francorum regis, S. Ebali, archiepiscopi, S. Beroldi episcopi, S. Ascelini episcopi, S. Rogeri episcopi, S. Fulconis episcopi, S. Harduini episcopi, S. Warini episcopi, S. Lantberti episcopi, S. Goffridi episcopi, S. Fromundi episcopi, S. Odilonis abbatis, S. Airardi abbatis, S. Richardi abbatis, S. Oddonis comitis, S. Guillelmi comitis.

M.B., 24 Février 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Airardus abbas OD2g
Ascelinus episcopus OD2g
Beroldus episcopus OD2g
Dudo abbas OD2g
Ebalus archiepiscopus OD2g
Faia OD2g
Fromundus episcopus OD2g
Fulco episcopus OD2g
Goffridus episcopus OD2g
Guillelmus comes OD2g
Harduinus episcopus OD2g
Heinricus rex OD2g
Juncivilla OD2g
Laderciaca cortis OD2g
Lantbertus episcopus OD2g
Odilo abbas OD2g
Odo comes OD2g
Putiolos monasterium OD2g
Ragisicortis OD2g
Richardus abbas OD2g
Rogerus episcopus OD2g
Rotbertus rex OD2g
Sauva Terra OD2g
Sanctus Christophorus OD2g
Stephanus de Juncivilla OD2g
Tramiliacum OD2g
Vallae OD2g
Warinus episcopus OD2g

INDEX RERUM.

benedictio (regis) OD2g
ecclesia OD2g
fidelis OD2g
invasere OD2g
judicare OD2g
justitia OD2g
miles OD2g
princeps OD2g
procer OD2g

VEDETTE.

Anathème frappant un usurpateur de biens d'église

<u>ARENGA</u>.

Si justis servorum Dei petitionibus aurem..... impedimus, procul dubio... aeternam a Domino mercedem nos recepturos speramus.

OD2h

1027 décembre 25-29.- Paris

Robert le Pieux, à la requête de Roger Ier, évêque de Châlons-sur-Marne, confirme à l'abbaye de Saint-Pierre-aux-Monts, fondée dans les premiers temps de l'Eglise et consacrée par saint Memmie, et dont les biens dilapidés ont été récupérés par ledit évêque à la suite d'une action en justice, la possession de son temporel, à savoir:

1- Le bourg de l'abbaye affranchi du ban de la puissance palatine, avec dépendances et droit de forage.
2- L'église Saint-Jean et sa dot
3- L'église Saint-Alpin dans les murs avec les masures adjacentes, le four, le tonlieu des marchandises vendues dans l'aître et le reste de la dot.
4- Un moulin près des murs de la cité, à gauche quand on sort du côté du Levant.
5- Le droit de pêche à Compertrix et à Matougues
6- Une grande partie du faubourg de Notre-Dame en Vaux
7- De l'autre côté de la Marne, Compertrix avec les terres, les revenus, les eaux et les prés.
8- La villa de Saint-Martin-aux-Champs avec l'église, les terres, les prés, les revenus et le droit de pêche dans la Marne et dans la Blaise.
9- A Gizaucourt, un manse avec ses habitants et la moitié d'un moulin
10- A Courtisols un manse
11- La moitié de la villa de Vavray-le-Grand
12- A Coupetz, des terres payant 40 sous de cens
13- A <u>Criseiaco</u> un manse
14- A Sarry, un manse et dans le marais voisin un moulin en construction
15- A Ecury-le-Petit, un manse
16- Au Mesnil près de Saint-Memmie un demi-manse
17- A Fagnières, un manse, des vignes, près et autres dépendances
18- Enfin, le fonds de la veuve Lansende dans le <u>viculus</u> de Saint-Martin-sur-le-Pré.

A. Original, Arch. dép. Marne, H 509, no 1, sceau plaqué perdu
B. Copie collationnée du 30 avril 1614, d'après une copie collationnée sur A du 2 janvier 1528, B. N., lat. 17048, p. 207
C. Copie probablement du XVIIIème siécle, Arch. dép.

D. Copie du XVIIIème siécle, B. N., Coll. Champagne, t. 6, fol. 101
E. Copie du XVIIIème siécle ou du XIXème siécle, Arch. dép. Marne, H 509, no 1, d'après A

a. Gallia christiana, t. 10, 1751, instr. col. 152, no 5, d'après A, incomplet (1028)
b. R. H. G. H., t. 10, 1760, p. 619, d'après A
c. Ed. de Barthélemy, Histoire du diocèse ancien de Châlons-sur-Marne, t. 1, 1861, p. 355, d'après A

IND.

Bréquigny, Tables chronologiques, t. 1, p. 560, Ordonnances des rois de France de la troisième race, Supplément, s. d., (vers 1854), p. 61
Ch. Pfister, Etudes sur le règne de Robert le Pieux, 1885, p. LXXXIII, no 84 (1028)
A. Luchaire, Etudes sur les actes de Louis VII, 1885
M. W. Newman, Catalogue des actes de Robert II, 1937, p. 87, no 70 (25-29 décembre 1027)
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p.183-84

Comme l'a montré M. W. Newman, la quarantième année du règne de Robert le Pieux s'étend du 30 décembre 1026 au 29 décembre 1027. Si l'an de l'incarnation 1028 commence bien à Noël, les éléments chronologiques concordent et la charte peut être datée du 25-29 décembre 1027.

Dans la seconde moitié du XIème siécle, les traces de la présence des comtes de Champagne à Châlons sont encore évidentes. La charte de 1027 met fin à la sujetion du bourg Saint-Pierre au ban du comte palatin. Cette expression singulière invite à faire remonter cette prérogative banale à Herbert le Vieux, qui en tant que comte du Palais de Lothaire, administra probablement au nom du roi les comtés de Laon, Reims et Châlons. Son neveu Herbert le Jeune fut en relation avec l'évêque de Châlons Gibuin (Gerbert, Lettre, 127, éd. J. Havet, 1889, p.115, 998). Les comtes de Champagne resteront maîtres de l'abbaye de Saint-Memmie hors les murs jusqu'au XIIIème siécle.

b

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, ego Rotbertus gratia Dei Francorum rex. Si

fructibus primitivae virtutis, scilicet caritatis, omnibus in commune est insistendum et studiose incumbendum, multo magis liberalitatem regiae dignitatis decet illis redundare et affluenter exuberare, per quos suae amplitudinis statum valeat sublimando erigere et erigendo sublimare. Et licet hoc pene omnis liberalitatis erogatio adquirat, illa tamen ad hoc ipsum est et promptior efficacior, quae locis sanctorum et congregationibus fidelium impenditur et exhibetur. Innotescat ergo sanctae matris ecclesiae filiorum necnon fidelium nostrorum tam presentium quam etiam futurorum sollerti industriae, Rogerum, venerabilem sanctae Catalaunensium ecclesiae pontificem nobis et reipublicae nostri regni admodum fidelem, nostrae serenitatis sublimitatem adiisse et obnixe postulasse quatenus nostrae auctoritatis praecepto firmaremus abbatiam quandam in honore beati Petri apostolorum principis, a primitiva ejusdem urbis ecclesia fundatam et a beato Memmio viro apostolico tunc temporis sacratam, quae exigente necessitate rebus suis jam pridem expoliata, nunc ab eodem episcopo pro posse reparatur, et rebus quas olim amiserat jure forensi redemptis, renovando iterum ditatur. Cujus supplicationibus tam religiosis et devotis assensum praebentes , statuimus et statutum esse volumus ut habeant ipsi fratres perpetim sine inquietudine quidquid ad praesens videntur habere, seu de cetero additum fuerit fidelium largitione, scilicet in eodem loco, ubi jam dicta fundata est ecclesia , burgum cum appenditiis suis ab omni, sicut hactemus fuerat, banno palatinae potestatis liberrimum, cum foragio etiam. Ecclesiam sancti

Johannis cum dote sua, ecclesiam sancti Alpini positam intra moenia praefatae urbis, cum adjacentibus mansuris, fornace etiam teloneoque in atrio ejusdem ecclesiae venundatae mercis et reliqua dote, molendinum unum prope moenia civitatis, sinistrum ab ortu urbem ingressis. Trans maternae flumen, Bertrici cortem cum terris, exitibus, aquis, pratis. Villam quae dicitur Vetus Sancti Martini cum ecclesia, terris, appendiciis, pratis, exitibus, capturis piscium tum Maternae tum Blesae. Giserdi corte mansum unum cum familia et molendini parte dimidia. Otiosorum corte mansum unum. Wavoreio villae medietatem ex integro. Copa terras denarios in censu persolventes XL. Crisiaco mansum unum. Satureiaco mansum unum et in ejusdem vicinia, loco ex palude dicto, molendinum noviter construi coeptum. Scureiaco mansum unum. Apud Mansile juxta sancti Memmi dimidium mansum. Fassineriis mansum unum, cum aliis tam viniis quam pratis omnibusque, quae quomodocumque nominari possunt, utilitatibus ad ipsum locum pertinentibus, per hanc nostram regalem paginam eidem ecclesiae firmamus et corroboramus. Et ut haec nostrae ingenuitatis auctoritas rata et stabilis omni posthac permaneat tempore hoc regale praeceptum inde conscriptum manu propria confirmantes, sigilli nostri impressione jussimus insignire, necnon et fundum cujusdam viduae, Lansendis nomine, devotione eidem loco adtributum, in viculo Visnel nomine situm, saepedictae ecclesiae nostra sit auctoritate astipulatum. Actum Parisius, anno dominicae incarnationis MXXVIII, regnante Rotberto rege XL.

Ego Balduinus cancellarius religendo subscripsi.
M.B., 2 mars 1988 ,Caltech.

INDEX NOMINUM.

Balduinus cancellarius Od2h
Bertrici cortis OD2h
Blesa OD2h
Copa OD2h
Criciacum OD2h
Fassineriae OD2h
Giserdicortis OD2h
Lansendis vidua OD2h
Materna flumen OD2h
Matosga OD2h
Mansile juxta Sancti Memmi OD2h
Memmius sanctus OD2h
Otiosorum cortis OD2h
Rogerus episcopus OD2h
Rotbertus rex Od2h
Sancti Alpini ecclesia OD2h
Sancti Johannis ecclesia OD2h
Sancti Petri abbatia OD2h
Sanctus Memmius OD2h
Satureiacum OD2h
Scureiacum OD2h
Vallis Sanctae Mariae OD2h
Vetus Sancti Martini villa OD2h
Visnel viculus OD2h
Wavoreium villa OD2h

INDEX RERUM.

abbatia OD2h
aqua OD2h
atrium OD2h
bannus OD2h
burgus OD2h
cancellarius OD2h
captura piscium OD2h
civitas OD2h
census OD2h
denarius OD2h
dos (ecclesiae) Od2h
ecclesia OD2h
exitus Od2h
familia OD2h
fidelis OD2h
foragium OD2h
fornax OD2h
fundus OD2h
jus forense OD2h

mansura OD2h
mansus OD2h
moenia OD2h
molendinus OD2h
palus OD2h
piscis OD2h
pontifex OD2h
potestas palatina OD2h
pratum OD2h
regnum OD2h
respublica OD2h
teloneum OD2h
terra OD2h
urbs OD2h
viculus OD2h
villa OD2h
vinea OD2h

VEDETTE

Confirmation royale d'un temporel monastique

ARENGA.

Si fructibus primitivae virtutis, scilicet caritatis omnibus in commune est insistendum...,multo magis liberalitatem regiae dignitatis decet illis redundare .... per quos suae amplitudinis statum valeat sublimando erigere et erigendo sublimare. Et licet hoc pene omnis liberalitatis erogatio adquirat, illa tamen ad hoc ipsum est promptior... quae locis sanctorum impenditur...

OD2i*

1006- 1028

Eudes II, comte palatin des Francs, et sa femme Ermengarde donnent aux chanoines de Sainte-Marie et de Saint-Sénéric la redîme du blé, du vin et des autres fruits de la terre leur revenant à Château- Thierry.

A. Pseudo-original, Arch. Nat., K 19, no 2-3

a. Ch. L. Hugo, Sacri et canonici ordinis praemonstratensis annales, t. , 1734, pr. , col. DCXLI
b. Gallia christiana, t.9, 1751, inst., col. 496, ex authentico (incomplet)
c. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t.1, 1859, p.467, no 33, d'après b, avec traduction p. 303-04. Charte douteuse
d. L. Lex, Eudes II, comtes de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux, 1892, p. 170, no 31, d'après A

IND.

J. Tardif, Monuments historiques, 1866, p. 167, no 266 (1004-1037). Charte fausse du XIIème siécle
L. Lex, Eudes II..., cat., no 70 (s. d.)

Les premiers éditeurs de cet acte ont noté les incohérences des données chronologiques contenues dans la liste des témoins. Même si, avec les auteurs de la Gallia christiana, on distingue les confirmations postérieures de l'évêque Béraud de Soissons (1020-1052) et du pape Alexandre II (1061-1073) - lequel a pu répondre à une sollicitation du comte de Meaux et de Troyes Eudes III (..1060-65), encore que celui-ci n'ait jamais eu officiellement de pouvoir à Château-Thierry, possession de son oncle Thibaud Ier - il reste que le document, ramené à ses dimensions primitives , offre encore des difficultés.

Eliminons d'abord la mention des archevêques Hincmar de Reims (845-882) et Seguin de Sens (977-999). Peut- être l'original, à partir duquel a été confectionné l'apocryphe aujourd'hui conservé aux Archives Nationales, était-il endommagé

ou comportait-il des initiales que le scribe par ignorance ou délibéremment a interprétées de la manière la plus flatteuse pour sa communauté. De même, le titre de Francorum comes palatinus porté par Eudes II, sans être unique (cf. dans ce recueil le no ) dans la titulature du personnage, témoigne du souci de magnifier un illustre bienfaiteur.

Il est difficile de se prononcer sur la liste des témoins qui, pour la plupart, sont des inconnus. Le sénéchal Sesgalon (de Milly), dont la très longue carrière s'étend de 1034/37 à 1080 environ (M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 252) figure déjà, mais sans son titre, dans la charte de fondation de la collégiale d'Epernay (cf. dans ce recueil le no ). Il est peu probable qu'il ait été en fonction longtemps auparavant. Par ailleurs, il est permis de s'interroger sur la pertinence de certaines appellations, comme celle de postcomes, attribuée à Isembard, comte de Rosnay (?).

Autre difficulté, le vocabulaire de la charte semble avoir été rajeuni. F. Niermeyer dans son Lexicon minus ne signale pas de redecimatio avant les années 1047, c 1070, 1075, 1089.

Au total, il a probablement existé un document originel relatant les bienfaits du comte Eudes, dont le mauvais état de conservation a exigé qu'il soit refait, ce qui a fourni l'ocassion non seulement d'y introduire quelques noms prestigieux mais aussi d'y faire référence à des événements pour lesquels on ne possédait plus (ou pas) de preuves écrites: la confirmation de l'évêque Béraud et celle du pape Alexandre II. Peut- être les archives de la collégiale avaient-elles été accidentellement détruites ?

A la suite de J. Tardif, L. Lex situe la fabrication de cet apocryphe au XIIème siécle. Les lettres, estime cet érudit , ont moins de hastes qu'elles ne devraient en avoir. Les souscriptions, d'une fine écriture, sont cachées par le repli du parchemin, la confirmation du pape est placée sur la partie rabattue: autant d'indices dénonçant la main du faussaire.

d

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Ego Odo, Francorum comes palatinus, et uxor mea Ermengardis notum fieri volumus tam futuris quam praesentibus, quod nos, sano usi consilio bonorumque virorum salubri corroborati exemplo, ea quae sunt praesentia et numquam in eodem statu permanentia respicientes, et in ea quae futura

sunt, scilicet quae incommutabilia sunt et aeterna, nos extendentes, ob animarum nostrorum redemtionem successorumque nostrorum salutem, partem bonorum nostrorum Castello Theoderici pertinentium, videlicet redecimationem annonae vinique et caeterarum frugum canonicis sanctae Dei genitricis Mariae ejusdem loci sanctique Senerici ad sui victus incrementum perpetuo jure possidendum tradidimus.Ut autem traditio ista firmius staret nunquamque ab ullo cassaretur, illi, qui huic traditioni nostrae interfuerunt, assensu et praesentia sui quod feceramus confirmaverunt hujusque facti invasorem aut pervasorem, quicumque ille esset, perpetuo anathemate damnaverunt, scilicet Seguinus, Senonum archiepiscopus, et Hincmarus, Remorum archiepiscopus, et Fulbertus, Carnotensis episcopus, qui ad curiam meam venerant. Hujus rei testes sunt supradicti archiepiscopi, Fulbertus episcopus, Theodoricus ecclesiae deccanus, Haimericus praepositus, Erlebaldus cantor, Savualo senescalcus meus, Isembardus postcomes, Odo vicecomes, Hezelinus miles, Gualcherus de Bosetz et Guiboldus Dives et Hagano de Meldis. Ego etiam, Beroldus Suessionensis episcopus, que prescripta sunt laudavi et sub anathemate confirmavi quando ecclesiam hujus loci in honore beati Marie dedicavi. Illud idem ego, secundus papa Alexander, Odonis gloriosi comitis petitione laudo et sigillo meo confirmo et, ne quis bona ejusdem aecclesie ulterius suripere presumat, sancti Petri Paulique auctoritate nostra interdico.

M. B., 7 mars 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

Alexander secundus papa Od2i
Beroldus episcopus OD2i
Castellum Theodorici OD2i
Erlebaldus cantor OD2i
Ermengardis comitissa OD2i
Fulbertus episcopus OD2i
Gualcherus de Bosetz OD2i
Guiboldus Dives Od2i
Hagano de Meldis OD2i
Haimericus praepositus OD2i
Hezelinus miles OD2i
Hincmarus archiepiscopus OD2i
Isembardus postcomes OD2i
Odo Francorum comes palatinus OD2i
Odo vicecomes OD2i
Sanctae Mariae sanctique Senerici ecclesia OD2i
Seguinus archiepiscopus OD2i
Theodericus decanus OD2i

INDEX RERUM

annona OD2i
auctoritas S. Petri Paulique OD2i
canonicus OD2i
cantor Od2i
consilium OD2i
decanus (ecclesiae) OD2i
dedicare OD2i
exemplum OD2i
invasor OD2i
miles OD2i
pervasor OD2i
postcomes OD2i
praepositus OD2i
redicimatio OD2i
senescalcus OD2i
vicecomes OD2i
vinum OD2i

VEDETTE.

Don de revenus à une église

ARENGA.

Ea quae sunt praesentia et numquam in eadem statu permanentia respicientes et in ea quae futura sunt, scilicet quae incommutabilia sunt et aeterna, nos extendentes,....

OD2j

[1026- 1030]. - Paris.

Jugement entériné par Francon, évêque de Paris et le chapitre de Notre-Dame d'une part et d'autre part le comte Eudes II représenté à Paris par le comte Hilduin d'Arcis et de Ramerupt, relativement à l'avouerie de Rozay-en-Brie : L'avoué doit avoir à Rozay un manse de terre et le gîte une fois par an dans la maison du maire de Notre-Dame avec trente hommes et le fourrage pour son cheval; la moitié du pasnage des bois ; la moitié du cens des essarts faits sur l'ordre des chanoines ; si les chanoines n'ont pas donné d'ordre, la moitié de l'amende et le bois repoussera.

A Gosbert, qui est à présent avoué, ils ont octroyé la moitié du tonlieu et la justice des forains venant au marché; si au marché ou au village il prend quelque objet, sur sommation du prévôt il aura un mois pour payer le capital et l'amende. Si un de ses hommes agit de même, dans les mêmes délais il lui demandera compte et l'obligera à payer le capital et l'amende. S'il ne le fait pas, il devra lui-même rembourser la marchandise sans payer l'amende.

A. Original, Arch. Nat., K 18, no 8-4
B. Copie du Cartulaire de Notre-Dame de Paris

a. B. Guérard, Cartulaire de l'église Notre -Dame de Paris, t. 1, 1850, p. 325 (incomplet), v. 1025
b. J. Tardif, Monuments historiques, 1886, p.162, no 258 (inexactitudes), vers 1025
c. L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux, 1892, p. ,no 16 (1020-1030)

IND

L.Lex, Eudes II.., cat., p.110, no 37 (1020-1030)

En 1026, le doyen du chapitre de Notre-Dame de Paris, Geoffroi, est toujours en vie. ( J. Depoin, Les comtes de Beaumont-sur-Oise et le prieuré de Sainte-Honorine de Conflans, Société historique et archéologique de l'arrondissement de Pontoise et du Vexin, t. 33, 1915, p.21, no ). L'évêque Francon meurt en 1030. Ce document (qui doit être comparé avec le no de

ce recueil) est compris entre les deux dates.

a.

Hę sunt conventiones quas habuerunt Franco, Parisiorum episcopus et sui canonici contra Hilduinum comitem, a comite Odone Parisius missum, de advocatione villę quę Rosetus dicitur, quem misit ut annueret quod judices recte judicassent. Est judicatum quod advocatus debet habere in Roseto unum mansum terrę et unum receptum semel in anno, a Pascha usque ad Pascha, cum XXX hominibus et sui equi annonam et farraginem, quem recipiet in domo majoris Sanctę Marię. De pasnahio silvę medietatem. Et si quis, a die istarum conventionum, silvam extirpaverit et agriculturam ibidem fecerit prępcepto canonicorum, dimidiam partem census qui inde exierit advocatus habebit. Si vero sine voluntate canonicorum hoc factum fuerit, medietatem forisfacti, et postea silva recrescat. Deinde dederunt episcopus et sui canonici Gozberto, tunc temporis ejusdem villę advocato, medietatem telonei et justitię ex forensibus ad mercatum venientibus, exceptis hominibus Sanctę Marię ejusdem villę et quacumque ex parte venientibus, tali scilicet conventione ne postmodum in predictam villam indignas consuetudines mittat, neque in mercato cuiquam aliquid tollat, nec etiam suis hominibus dum in mercato fuerint. Et si in foro aut in villa ipse idem aliquid ceperit, et per sacramentum comprobare poterit se sciente illud non factum esse, infra mensem quo monitus fuerit a prępposito Sanctę Marię,

capitale solvat et legem. Si quis vero suorum, infra prȩscriptum terminum quo a prȩposito amonitus fuerit, eum justificabit, et capitale cum lege reddi faciet. Quod si noluerit, donum mercati forfactum absque emendatione habebit. Episcopus Franco, Ingelardus decanus, Lisiardus archidiaconus et prepositus, Radbodus archidiaconus, Gosfredus cantor, Arnaldus capellanus, Odo levita, Jozcoerus levita, Yvo levita, Urso, Hugo subdiaconus, Drogo subdiaconus, Hilduinus, Manasses, Ivo comites, Drogo vassus, Hudo, Lambertus, Mainardus, Garnerius, Durandus, Gosberti.

M. B. 8 mars 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Arnaldus capellanus Od2j
Drogo subdiaconus Od2j
Drogo vassus OD2j
Durandus vassus Gozberti OD2j
Franco episcopus OD2j
Garnerius vassus Gozberti OD2j
Gozbertus advocatus Roseti OD2j
Gozfredus cantor OD2j
Hilduinus comes OD2j
Hudo vassus Gozberti OD2j
Hugo subdiaconus OD2j
Ingelardus decanus OD2j
Ivo levita OD2j
Ivo comes OD2j
Jozcoerus levita OD2j
Lambertus vassus Gozberti OD2j
Lisiardus archidiaconus et prepositus OD2j
Mainardus vassus Gozberti OD2j
Manasses comes OD2j
Odo levita OD2j
Odo comes OD2j
Radbodus archidiaconus OD2j
Rosetus villa Od2j
Sanctae Mariae ecclesia Od2j
Urso Od2j

INDEX RERUM

agricultura OD2j
annona OD2j
archidiaconus OD2j
advocatio OD2j
advocatus OD2j
canonicus OD2j
cantor OD2j
capellanus OD2j
capitale OD2j
census OD2j
consuetudo OD2j
conventio OD2j
decanus OD2j
emendatio OD2j
extirpare OD2j
farrago OD2j
forensis OD2j
forfactum OD2j
forum OD2j

homo Od2j
judex OD2j
judicare OD2j
justitia OD2j
levita OD2j
lex OD2j
major S. Mariae ecclesiae OD2j
mansus OD2j
mercatus OD2j
pasnahium OD2j
prepositus S. Mariae ecclesiae OD2j
receptus OD2j
sacramentum OD2j
silva OD2j
subdiaconus OD2j
teloneum OD2j
vassus OD2j
villa OD2j

VEDETTE.

Jugement relatif à des droits d'avouerie.

OD21

1036

Eudes II, comte palatin du roi des Francs, à la sollicitation de sa femme Ermengarde, reconstruit et dote la collégiale de Saint-Martin d'Epernay et l'exempte de coûtumes pour les acquisitions qu'elle pourra ultérieurement faire dans ses domaines et dans ses fiefs.

A. Original perdu

a. L. d'Achery, Spicilegium, t.13, 1677, p. 281.
b. Scheidt, Origines Guelficae, t. 2, ,p.179.
c. H. d'Arbois de Jubainville, Histoire des ducs et des comtes de Champagne, t. 1, 1859, p.468, no 35 et traduction partielle, p. 315-16, d'après a.
d. A. Nicaise, Epernay et l'abbaye Saint- Martin de cette ville, 1869, t.2, p.111-113.

IND.
L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux, 1892, cat., p. 114, no 53.

Les comtes de Champagne cherchèrent à s'introduire à Epernay dès le Xème siécle. Herbert le Vieux, retranché à Montfélix, mit la main sur ce domaine de l'église de Reims mais dut bientôt le restituer (Flodoard, Annales, 964-965). Un accord global intervint lors de la cession par Eudes II à l'archevêque Ebles du comitatus de Reims en 1023. A partir de cette date, les comtes tinrent Epernay en fief des archevêques (M. Bur, La formation du comté de Champagne, p.408-409). Pour bien manifester leur droit, mais aussi par dévotion à saint Martin, la comtesse Ermengarde et son fils le comte Thibaud Ier s'y firent enterrer (M.Bur, op.cit., p. 229). Eudes II, comme som père Eudes Ier, avait été inhumé à Marmoutier.

On notera que la charte ici éditée fournit la première mention d'un prévôt comtal.

<u>C</u>

Scimus quoniam in humanis negotiis mos iste servatur ut commissi mensura in debiti redditione detineatur et quanto quis majoris crediti praefertur cumulatione tanto solvendi tempore districtius exigatur in reddenda ratione quodque aequitatis lex justitiaeque ratio comprobatur postulare, justissimum quoque dominum in extremi judicii examine idem procul dubio credimus terribiliter conservare et, ne in tam rei stabilitate diaboli versutia conetur impedire, Salvatoris occurentis similitudo de servorum fidelium laborantiumque laetitia et tristitia pigritantium id ita venturum esse in Evangelii lectione dignata est nobis misericorditer aperire, qua in re, si aeterni supplicii periculum nolumus incurrere, expedit ea quae nobis divina bonitas confert, in hujus vitae curriculo citissime transeunte, taliter propter Dominum tractare ut ex fideli administratione post hujus mundi pereuntis aerumnas mereamur cum ipso aeternaliter regnare. Quicumque enim pro sui talenti modulo Deo nunc distulerit servire, sciat se in futuro perpetualiter cum diabolo perire. Haec ego Odo, comes palatinus Francorum regis, diu perpendens, haec mecum secretae cogitationis assiduitate reminiscens, subtiliter perscrutari coepi qualiter bene operando Deo voluissem placare ac per hoc aeterna incendia non timere. Interea uxor mea Ermengardis, fidissima comes, cujus piis operibus maxime confido, mentem meam deprehendens ista supradicta jugiter praemeditantem, suis me dulcissimis ausa est aggredi locutionibus ut quidnam

sciret quod sic saepe videbar sollicitus multis suspiriis hujus rei indicia manifestantibus, cujus precibus acquiescens sibi cor meum studui patefacere et quid consilii ab illa sollicitudine capere quiissem, ab ea fidelissima conjuge non distuli petere. Haec igitur praefata mulier, piis operibus semper intenta, studiose justisque supplicationibus admonere me coepit ut basilicam jam poene dirutam, in honorem sancti Martini in villa Sparnaco olim constructam, reedificaremus et de nostris bonis illi ecclesiae tantum largiremur, unde sacer conventus canonicorum secundum Patrum instituta se valuisset sustentare laudesque assiduas pro nostris animabus nostrorumque successorum omnipotenti Deo toto corde decantare. Hujus ergo meae uxoris tam salutiferis admonitionibus praebens assensum, ecclesiam jam supra nuncupatam diligenter aedificare praecepi et ad clericorum victum inibi Deo servientium tale supplementum tradere decrevi: ipsius videlicet vici, in quo praedicta fundata est ecclesia, totam decimam cum molendinis tribus et medietatem vici duobus furnis et omnibus terris quae ad ipsius ecclesiae altare pertinere videbantur et quibusdam aliis quas postea superaddere disposui, vineis, pratis, cultis et incultis, aquis, aquarumque cursibus, ut canonicis eis uti liceat sine ulla calumnia, Montem Biduenum cum omnibus appendiciis suis et teloneum in Materna flumine, ad locum qui dicitur Baixones molendinum unum, in Siliaco molendinum unum, in Monte Felicii altare Sancti Martini cum medietate corporis totius villae Romains, districtum cum manso uno dominicali, in Gentiliaco vico molendinum unum, mediatatem Montis

Speratorii cum iis omnibus quae ad ipsum pertinent, et in villa Pipera nuncupata quandam partem de terra que ad eam pertinet, in Summo Saltu et in Halecio Monte medietatem de omnibus quae ibi pertinent et in servis seu in anciliis qui ibi morantur et sub ditione mea detinentur, et in Vicetico medietatem similiter de omnibus. Haec autem omnia superius nominata quae ad praesens tradita sunt vel in posterum tradenda erunt et ea omnia quae emta fuerunt in mea terra, tam de praediis quam de beneficiis, absque calumnia omnia sint in recta dote ecclesiae praefate absque ullis coustumiis. Assistunt fidissimi testes et corrobantes: Odo comes palatinus, Theobaldus filius ejus et Stephanus filius ejus, Hilduinus comes et Hilduinus filius ejus, Liethelinus comes, Thiebaldus archidiaconus, Gelduinus vicecomes, Harduinus filius ejus et alter filius Waleranus, Hugo vicedominus, Ado, Warnerus, Senswalo. In illis diebus erant isti ministri Sparnaci Dado, Hugo, Albertus, Wefelinus, Hugo, Athelimus, Aleramnus, Isembardus praepositus, Berengerus villicus, Thiebaldus decanus. Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi MXXXII, regnante Domino serenisssimo Henrico rege Francorum V anno, procurante Ebalo archipraesule pastoralem curam sanctae Mariae Remensis ecclesiae, corroborata est charta et approbata.

M. B., 8 mars 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Ado OD21
Albertus minister Sparnaci OD21
Aleramnus minister Sparnaci OD21
Athelimus minister Sparnaci OD21
Baixones OD21
Berengerus villicus OD21
Dado minister Sparnaci OD21
Ebalus archipresul OD21
Ermengardis comes OD21
Gelduinis vicecomes OD21
Gentiliacus vicus OD21
Halecius mons OD21
Harduinus OD21
Henricus rex OD21
Hilduinus comes OD21
Hilduinus filius Hilduini comitis OD21
Hugo vicedominus OD21
Hugo minister Sparnaci Od21
Isembardus prepositus OD21
Liethelinus comes OD21
Odo comes palatinus Francorum regis OD21
Materna flumen OD21
Mons Biduenus OD21
Mons  Felix OD21
Mons Speratorius OD21
Pipera villa OD21
Romains OD21
Sancti Martini Sparnacensis ecclesia OD21
Senswalo OD21
Siliacus OD21
Sparnacum vicus OD21
Stephanus OD21
Summus Saltus OD21
Theobaldus OD21
Thiebaldus archidiaconus OD21
Thiebaldus decanus OD21
Viceticus OD21
Walerannus OD21
Warnerus OD21
Wefelinus OD21

INDEX RERUM.

altare OD21
ancilla OD21
aqua OD21
archidiaconus OD21

basilica OD21
beneficium OD21
canonicus OD21
consilium OD21
conventus canonicorum OD21
coustumia OD21
decanus OD21
decima OD21
districtus OD21
ditio OD21
dos OD21
furnus OD21
mansus dominicalis OD21
minister OD21
molendinus OD21
praedium OD21
pratum OD21
prepositus OD21
servus OD21
terra OD21
teloneum OD21
vicecomes OD21
vicus OD21
vinea OD21
villicus OD21

VEDETTE.

Restauration et dotation d'une collégiale.

ARENGA.

Nos servatur ut commissi mensura in debiti redditione detineatur, et quanto quis majoris crediti praefertur cumulatione, tanto solvendi tempore districtus exigatur in reddenda ratione (cf. parabole du serviteur fidèle..). Quicumque enim pro sui talenti modulo Deo nunc distulerit servire, sciat se in futuro perpetualiter cum diabolo perire.

OD2m

1015- 1034.- Blois.

Eudes II autorise le clerc Baudouin, qui tient de lui en fief Osbert, de Ville-en-Tardenois, à donner celui-ci à l'abbaye de Marmoutier. Pour son accord, Hubert, oncle de Baudouin, reçoit vingt sous.

a. A. Salmon, Liber de servis majoris monasterii (986-1269), Tours, 1864, p. 55, no 56. Denotatio Balduini de Osberto (1015-1032)

IND.

L. Lex, Eudes II, comte de Blois, de Tours, de Chartres , de Troyes et de Meaux, 1892, cat.,p. 108, no 31 (1015-1034)

Les dates extrêmes sont celles d'Evrard à Marmoutier

a

Notitia rei geste, qualiter adiit praesentiam comitis Odonis, Blesis castro, Balduinus venerabilis clericus, postulans ut hominem quendam quam de eo in benefitio tenere videbatur, Osberto nomine, qui est naturalis villae Vilerias in Tardanensi, Deo et Sancto Martino loci Majoris Monasterii et abbati Ebrardo monachisque supradicti loci perpetualiter cum fructu ejus concedere possidendum. Quam petitionem ejus idem venerabilis comes auctorizans, suam petitionem annuit, assensiente avunculo ejus Huberto qui praesens aderet, qui et accepit XX solidos in

denarii. Fuit in hac praesentia Eblo nepos Gualterii Turonici, filiaster ejusdem Huberti et Corbo de Roccas et alii multi. Primoldus, qui custodit monetam, et Roscelinus Uvaspallus receperunt ipsos denarios supradictos.

M.B., 8 mars 1988, Caltech.

## INDEX NOMINUM.

Balduinus clericus OD2m
Blesis castrum OD2m
Corbo de Roccas OD2m
Eblo OD2m
Ebrardus abbas OD2m
Gualterius Turonicus OD2m
Hubertus OD2m
Odo comes OD2m
Osbertus OD2m
Primoldus OD2m
Roscelinus Uwaspallus OD2m
Sancti Martini Majus Monasterium OD2m
Tardanensis (pagus) OD2m
Vilerias in Tardanensi villa OD2m

## INDEX RERUM.

beneficium OD2m
castrum OD2m
clericus OD2m
denarius OD2m
homo OD2m
moneta OD2m
notitia OD2m
villa OD2m

## VEDETTE.

Fief
Servage.

OD2n

[1016-1037 novembre 15]

Eudes, comes quarumdam provintiarum Gallie scilicet et Francie, du consentement de son fils Thibaud et à la requête des chevaliers Gozfred et Salon, donne à l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés de Paris les coutumes perçues à son château de Montereau sur le passage des bâteaux et la traversée du pont.

A. Original perdu
B.
C.
D.

a. R. Poupardin, Recueil des chartes de l'abbaye de Saint-Germain-des-Prés des origines au début du XIIIème siécle, t.1, 1909, p. 86, no 54 ( 1016-15 novembre 1037)

a

Si quis de rebus propriis locis sanctorum aliquid voluerit conferre, procul dubio ei remunerabitur in eterna retributione. Mortalis enim quisque si quid boni hoc egerit in seculo pantulum, sibi recompensabitur in futuro. Idcirco ego Odo, comes quarundam provintiarum Gallie scilicet et Francie, multorum licet inretitus laqueis peccaminum, notum esse volo omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris quod una cum assensu filii mei nomine Theuboldi, per deprecationem quorumdam meorum militum Gozfredi atque Salonis, concedo monachis servientibus sancto Germano, Parisiace urbis episcopo, quasdam consuetudines in quodam castro nostro vocatur Musteriolum hactenus habitas in

transfretatione navium in eundo superius sive redeundo inferius seu in plaustris queque fuerint ustensilia per pontem ferentibus, ea quidem ratione predictorum satellitum bone voluntati libenter adquiescens ut prefati monachi tam pro Dei amore quam pro remedio anime mee eas consuetudines in jam dicto castro desuper et deorsum habeant et absque aliqua refragatione perpetualiter possideant. Si quis vero heredum nostrorum, quod absit, vel quelibet persona contra has a nobis donatas consuetudines aliquid refragare vel calumpniam generare presumpserit, illud quod repetit non vindicet, insuper et totius maledictionis sit anathema perrenis. Quod autem hujus firme conventionis descriptio inviolabilis et inconvulsa permaneat, corroborari jussimus manuumque impressione subter firmavimus.

M.B., 8 mars 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM

Gozfredus miles OD2n
Musteriolum castrum OD2n
Odo comes OD2n
Salo miles OD2n
Sancti Germani monasterium OD2n
Theuboldus OD2n

INDEX RERUM

castrum OD2n
consuetudo OD2n
Francia OD2n
Gallia OD2n
miles OD2n
navis OD2n
plaustrum OD2n
pons OD2n
provincia OD2n
transfretatio navium OD2n
satellitus OD2n
urbs OD2n

VEDETTE

Don à une église de revenus sur la circulation des marchandises

ARENGA

Si quis de rebus propriis locis sanctorum aliquid voluerit conferre, procul dubio ei remunerabitur in eterna retributione.

# OD2o

[1026-1037]

Eudes, comte, à la requête de l'évêque Roger, interdit à quiconque dans le présent et l'avenir d'élever des fortifications dans un rayon de huit lieues autour de Châlons-sur-Marne.

A. Original perdu

B. Copie de la fin du XIème siécle, Arch. dép. Marne, G 462, Grand cartulaire de Saint-Etienne de Châlons-sur-Marne, fol. 40v.-41 v., no 29. " Hic memoriale conventionis quam Odo comes, Stephani comitis filius, Rotgero secundo episcopo pepigit ".

a. E. de Barthélemy, <u>Histoire de la ville de Châlons-sur-Marne et de ses institutions</u>, ,p. 320-21

b. E. de Barthélemy, <u>Cartulaires de l'évêché et du chapitre Saint-Etienne de Châlons-sur-Marne</u>, 1853, p. 101

c. H. d'Arbois de Jubainville, <u>Histoire des ducs et des comtes de Champagne</u>, t. 1, 1859, p 486, no 47, d'après <u>a</u> et <u>b</u> et traduction p. 375 ( 1048-1063)

d. P. Pélicier, Le cartulaire du chapitre de l'église cathédrale de Châlons-sur-Marne par le chantre Warin, <u>Mémoires de la Société d'Agriculture.... de la Marne</u>, 1895, p. , d'après B

<u>IND</u>.

F. Vercauteren, <u>Etude sur les civitates de la Belgique seconde</u>, 1934, p. 155

M. Bur, <u>La formation du comté de Champagne</u>, 1977, p. 183

Rapprochant cet acte d'une notice relatant l'abandon par Eudes III à l'évêque Roger II de la moitié des revenus du marché hebdomadaire à Châlons ( dans ce recueil no ), le chantre Warin l'attribue à ce même prince dont pourtant la jeunesse et l'inexpérience ne justifiaient en rien la titulature, le ton solennel et la régularité parfaite du discours diplomatique. En fait , cette charte a très probablement pour auteur le comte Eudes II (+ 15 novembre 1037) et comme destinataire l'évêque Roger Ier (1011-1042).

Le comte fortement implanté à Châlons et dans le plat pays ( cf. dans ce recueil les no ) délimite autour des

murailles de la cité un périmètre de protection. Il pose ainsi les jalons d'une banlieue analogue à la quinte de Poitiers, la sixte de Besançon, la septaine de Bourges, qui correspond approximativement à l'ancien pagus catalaunicus du IXème siécle et au futur comté épiscopal du XIIIème (M. Bur, La formation.., p.183-84).

Quant à la date, elle doit être postérieure au réglement définitif de la succession aux comtés champenois (M. Bur, ibid, p. 169) mais pourrait ne pas en être beaucoup éloignée.

C

In nomine sancte et individue Trinitatis. Odo, gratia Dei comes. Si utilitatibus ecclesiarum et necessitatibus in eisdem Christo famulantium, ad petitionem sacerdotum, quibus commisse officio regendi esse noscuntur, sagaciter provideamus, nostre celsitudinis operibus consuescimus et pro hoc facilius nos eternam beatitudinem, divina opitulante gratia, adepturos non dubitamus. Igitur notum sit omnibus sancte Dei ecclesie fidelibus et nostris, clericis videlicet et laïcis, tam presentibus quam futuris, quia vir venerabilis Rotgerus, Cathalaunensis ecclesie episcopus, culminis nostri adiens sublimitatem (videbat enim circumquaque inexplebilis avaricie causa quorumdam Francorum inter se dissidentium malitiam paulatim sic crescere et in construendis castellis ad dampnationem populi et ad direptionem potius sancte Dei ecclesie quam ad defensionem ejus, passim bacchante insania, unumquemque eorum animum inflammare), timens ne Cathalaunensis ecclesia, cui, auctore divino, mente devota famulabatur, hujuscemodi malum contingeret, humiliter petiit ut, infra spacium octo leugarum a muris ejusdem civitatis Catalaunis

in circuitu, nec ego neque successores mei per succendentia tempora aliquid municipium firmari permitteremus. Cujus, inquam, saluberrimam admonitionem ac benignam petitionem clementer audientes, assensum sibi prebuisse cunctis notum esse volumus ut autem hoc sublimitatis nostre auctoritas imprevaricabilem semper in Dei nomine optineat firmitatem, has inde litteras fieri jussimus easque manu propria firmavimus atque ad corroborandum nostris fidelibus contulimus. Si quis autem hoc statutum, diabolico spiritu exagitatus, infringere presumpserit, hic a societate Christianorum separetur et a cetu sanctorum, vinculo anathematis constrictus, projiciatur et eterne dampnationis detrimenta inremediabiliter patiatur.

M. B., 11 mars 1988, Caltech.

## INDEX NOMINUM.

Odo comes OD2o
Rotgerus episcopus OD2o

## INDEX RERUM

castellum OD2o
civitas OD2o
clericus OD2o
defensio OD2o
Francus OD2o
laïcus OD2o
leuga OD2o
municipium OD2o
murus civitatis OD2o

## VEDETTE

Fortifications

## ARENGA

Si utilitatibus ecclesiarum sagaciter provideamus... nostre celsitudinis operibus consuescimus et pro hoc facilius nos eternam beatitudinem adepturos non dubitamus.

OD2p

[1027 - 1037 novembre 15]

Roger Ier, évêque de Châlons-sur-Marne, Roger prévôt, Isembard doyen et tout le chapitre, sur l'intervention du comte Eudes, baillent à vie au chevalier Salon, à sa femme Raulaudis et à l'un de ses héritiers la moitié des moulins et des terres appartenant à l'église de la Trinité à Marson.

A. Original, Arch. dép. Marne, G 1128/1, cyrographe

Acte compris entre 1027, date de la consecration de l'église de la Trinité à laquelle son fondateur, le prévôt Bovon, donne l'église de Trépail et le domaine de Marson-sur-Vesle (Arch. dép. Marne G. 1128 et cartulaire de la Trinité, G. 1130, fol 1 r) et la mort d'Eudes II le 15 novembre 1037.

A

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Ego Rotgerus, gratia Dei [2] Cathalaunensium presul, unacum preposito Rotgero et Isembar [3] do decano ceterisque sancti Stephani canonicis, notum volumus [4] fieri tam presentibus sanctę matris ęcclesię filiis quam succes [5] soribus nostris quod, cuidam militi Saloni videlicet nomine, per [6] intromissionem Odonis comitis, dedimus medietatem molendinorum [7] et terrarum predii Marcedoni pertinentium ad ęcclesiam sanctę [8] Trinitatis, ea videlicet ratione ut ipse et uxor sua [9] Raulaudis nomine et unus heres quem ipsi elegerint [10] in vita sua teneant et post discessum

illorum libere [11] revertatur ad usus canonicorum supradictę ęcclesię servien [12] tium. Et ut hęc carta firma permaneat manibus propriis eam [13] firmavimus aliisque ad corroborandum tradidimus. [14] Et ne quis presumat violare hujus rei confirmationem [15] divinę majestatis comminatione interdicimus. [16] S. Rogeri episcopi, S. Isembardi decani, S. Rogeri [17] prepositi et omnium canonicorum, S. Odonis comitis, [18] S. Eluini, S. Hugonis, S. Rogeri, S. Gerardi.

M. B., 14 - 3 - 1988, Caltech.

<u>INDEX NOMINUM</u>

Eluinus OD2p
Gerardus OD2p
Hugo OD2p
Isembardus decanus OD2p
Marcedonus OD2p
Odo comes OD2p
Raulaudis OD2p
Rotgerus presul OD2p
Rotgerus prepositus OD2p
Rogerus OD2p
Salo miles OD2p
Sanctae Trinitatis ecclesia OD2p

<u>INDEX RERUM</u>

miles OD2p
molendinus OD2p
predium OD2p
terra OD2p

<u>VEDETTE</u>

Bail à trois vies.

OD2q

[1027 - 1037 novembre 15]

Roger Ier, évêque de Châlons-sur-Marne, Roger prévôt, Isembard doyen et tout le chapitre, sur l'intervention du comte Eudes, baillent à vie au chevalier Salon, à sa femme et à un de leurs héritiers, moyennant un cens de cinq sous payable à la Saint- Etienne, l'alleu de Trépail moins l'église et le moulin.

B Copie du XIème siécle, Cartulaire du chapitre dit cartulaire du chantre Warin, Arch. dép. Marne, G 462, fol 38 v - 39 r, de Trepallo.

a. P. Pélicier, Cartulaire du chapitre de l'église cathédrale de Châlons-sur-Marne par le chantre Warin, Mémoires de la Société d'Agriculture.... de la Marne, 1895, p. 185-86

Mêmes dates que l'acte précédent. En 1027, l'église de Trépail, qui est exclue du bail, avait été donnée par le prévôt Bovon au chapitre de la Trinité (Arch. dép. Marne, G 1130, fol. 1 r). Eudes II est mort le 15 novembre 1037.

a

In nomine sancte et individue Trinitatis, ego Rotgerus, gratia Dei Cathalaunensium presul, una cum preposito Rotgero et Isembardo decano ceterisque sancti Stephani canonicis notum volumus fieri tam presentibus sancte matris ecclesie filiis quam successoribus quod cuidam militi, Saloni videlicet nomine, per intromissionem Odonis comitis dedimus medietatem alodii Trepallis ville cum omnibus appendiciis suis, excepta ecclesia ejusdem

ville cum molendino in eadem villa, ea videlicet ratione ut ipse et uxor sua et unus heres quem ipsi elegerint in vita sua teneant et annuatim festivitate inventionis corporis beati prothomartyris Stephani inde quinque solidos in censum persolvant et post discessum illorum libere revertatur ad mensam fratrum. Et ut carta firma stabilisque permaneat, manibus propriis firmavimus aliisque ad corroborandum tradidimus.

M. B., 14 - 3- 1988, Caltech.

## INDEX NOMINUM

Isembardus decanus OD2q
Odo comes OD2q
Rotgerus presul OD2q
Rotgerus prepositus OD2q
Salo miles OD2q
Trepallis villa OD2q

## INDEX RERUM

alodium OD2q
census OD2q
ecclesia OD2q
mensa fratrum OD2q
miles OD2q
molendinus OD2q
solidus OD2q
villa OD2q

## VEDETTE

Bail à trois vies d'un alleu

OD2r

[1029-1037]

Brunon, évêque de Toul, après avoir évoqué la réforme de Saint Epvre par l'abbé Guillaume de Volpiano au temps de son prédécesseur Berthold, et pour que ses successeurs ne se méprennent pas sur les ressources du monastère, les invite à relire la charte de Gauzlin et donne la liste des bienfaiteurs- au nombre desquels le comte Eudes - qui, par leurs dons, ont permis la reconstruction des bâtiments.

A.

a. J. Mabillon, De re diplomatica, , p. 583-5, ex. autographo (v. 1030)
b. J. P. Migne, Patrologie latine, t. 143, 18 , col. 581-84 (v. 1030)

IND

Gallia christiana, XIII, 1785, col. 1072-73 d'après a ( extrait)
H. Dauphin, Le bienheureux Richard, abbé de Saint-Vanne de Verdun, 1946, p. 250.

Cet acte où se trouve mentionné Norbert, abbé de Moyenmoutier (1029-1039), se situe dans la perspective longue de la restauration spirituelle et matérielle de Saint-Epvre, dont les anciens bâtiments, deux fois incendiés, s'écroulaient de vétusté. Il ne semble pas que la phrase: " Quando necdum attigerant incensionem, depraedationum et vastationum infelix infortunium " puisse se rapporter aux destructions opérées par Eudes II lors du siège de Toul, le 31 octobre 1032. Cependant, certains auteurs (en dernier lieu, H. Dauphin, Le bienheureux Richard, abbé de Saint-Vanne de Verdun, 1946, p.250) ont voulu voir dans la liste des bienfaiteurs l'expression d'un mouvement de solidarité consécutif aux ravages du siège - mouvement auquel Eudes II lui-même, bizarrement cité in fine, n'aurait pu se soustraire. Ils proposent de reporter la rédaction du document après 1033. On ne prendra aucun risque en le datant des années 1029-1037, bien que Mabillon ait problablement raison de le

placer v. 1030.

a

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, Patris et Filii, et Spiritus Sancti, ego Bruno , gratia Dei Leuchorum praesul, clero et populo praesenti atque universis hujus ecclesiae filiis tam viventibus quam et successuris. Scitur a pluribus qualiter tempore domni Bertoldi, hujus sedis pontificis, per domnum abbatem Willelmum, locum Sancti Apri omni religione destitutum Deus visitaverat, quem vix evictum precibus idem praesul Bertoldus adduxit a Burgundiae partibus eique ibidem regulariter praefecit fratribus. Sed quia vita monastica, dum nescitur, videtur quasi contraria, cum vice mutata, viderent et audirent de ordine monachorum inusitata et interdiceretur quibusque curiosis fratrum familiaritas, quae passim prius cunctis communis et facilis exstiterat, his et aliis occasionibus coepit oriri querimonia contra locum et cum diffamatione vituperationis scandalum, ut quidam sapiens ait:" Omnis subita mutatio rerum non fit sine quodam fluctu animorum", unde factum est ut vicinis murmurantibus et detrahentibus, blasphemantibus et accusantibus, locus adversitatem diu sustineret, quam a quibusdam excitabat non tam malitia quam minus peccans ignorantia. Reddita autem pace ..... sede residente pontifice, coeperunt qui olim adversati fuerant... resipiscentes rem inquirere et ab ea quam crediderant i.... veniam, venerari et diligere et boni odoris famam

undecunque propinare. Unde contigit ut plures eorum quaerentes societatem adipiscerentur plerique vero etiam monachi efficerentur sicque crescente fidelium devotione coepit saepefatus sublevari locus donantium largitate. Nam quisquis in societatem fratrum sese offerebat, largiebatur spontaneus transitoria ut participatione Deo servientium mereretur permansura. Quapropter de expensis eorum aggressi sunt facere memoriale aeternum ut talium eleemosyna in conspectu fidelium praesentium et futurorum conspicua et in hoc saeculo sit in benedictionis memoriale ante Deum in remuneratione perpertua. Itaque Sancti Apri antiquum monasterium vetustate lapsabundum, semel et bis olim igne concrematum, ab ipsis fundamentis renovandum constituerunt erigere in domicilium. Et ut sciatur quibus benefactoribus construitur, eorum vocabulo pariter et expensas nominatim subter assignaverunt suique piam recordationem jugiter devotione recolendam posteris reliquerunt. Exinde supplicamus hujus nostrae sedis successores antistites ne, juxta magnitudinem structurae facultates loci aestimantes, obliti paternitatis, duri fiant oppressores. Et ut noverint quam justa sit haec nostra deprecatio, legere dignentur chartam quam Gauzlinus episcopus cumn regali praecepto fecit et firmavit saepe dicto loco, in quo ante episcopatum nostram societatem collocavi. In episcopatu autem positus, rebus quibus potui ampliavi et continua nostri memoria ut per singulas diei horas habeatur ibi, a fratrum fideli devotione omnibus diebus vitae meae obtinui. Haec sunt nominae eleemosynatorum cum eleemosinis suis.

Domnus imperator Chaonradus libras XV et auri uncias IV

Domna imperatrix libras III et duas uncias auri

Comes Leitfridus VI et semis

Comtissa Alberada I et cortinam optimam cubitorum LXXII et annonae mod. CCCC

Ductrix Mathildis lib. unam et semis

Heinricus advocatus V

Filista conjux ejus V

Hugo de Brisciaco III

Widricus Grossus V

Heinricus de Fau V

Heinricus de Tussiaco V

Hildeburgis de Barro V

Oda de Domno Martino uncias auri IV et semis

Mainfredus lib. V

Emma VI

Walderada V

Mainherus de Calmis V

Lambertus canonicus V

Ingobertus V

Domnus abbas Richardus I

Domnus abbas Norbertus I

Domnus abbas Sigifredus I

Domnus abbas Poppo IV

Domnus abbas Erlinus unam et semis

Domnus abbas Herbertus II

Domnus Azechinus unam et semis et V solid.

Eleemosyae conversorum: Domnus Herbertus primicerius V. Domnus Herbertus archid. XVIII et cappam purpuream. Domnus Albertus VI. Domnus Theodericus VII. Domnus Goidsfridus unam et semis. Domnus Harwardus I et pallam unam. Domnus Tendo vineas ad X carr. vini. Comes Odo X lib.

Nec minori gratiarum actione suscipiunt quod eis cives et suburbani nostri in carropera fecerunt, cum saxa ingentia et lapides muralis ordinis totis viribus, spontaneo nisu et prompta voluntate convexerunt ruinasque veterum murorum totius monasterii manibus mundaverunt, cervicibus asportaverunt, quando necdum attigerant incensionum, depraedationum et vastationum infelix infortunium. Et quia nominatim eos non capit praesens charta, capiat illos coelestis regni aula pro ea quam aedificaverunt Deo et sancto Apro in hac mortali vita. Praeterea hic annumerari dignum est illos quorum fuit multo major benevolentia quam potuisset esse largiendi facultas, qui solidos quinque aut decem aut quindecim aut nummos duodecim vel sex aut plus minusve contulerunt.

M. B., 15-3-1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Alberada comitissa OD2r
Albertus OD2r
Azechinus OD2r
Bertholdus pontifex OD2r
Bruno praesul OD2r
Burgundia OD2r
Chaonradus imperator OD2r
Emma OD2r
Erlinus abbas OD2r
Filista OD2r
Gauzlinus episcopus OD2r
Girbertus OD2r
Gisla imperatrix OD2r
Goisfridus OD2r
Gozelinus OD2r
Harwardus OD2r
Heinricus advocatus OD2r
Heinricus de Fau OD2r
Heinricus de Tussiaco OD2r
Herbertus abbas OD2r
Herbertus archidiaconus OD2r
Herbertus primicerius OD2r
Hildeburgis de Barro OD2r
Hugo de Brisciaco OD2r
Ingobertus OD2r
Lambertus canonicus OD2r
Leitfridus comes OD2r
Mainfredus OD2r
Mainherus de Calmis OD2r
Mathildis ductrix OD2r
Norbertus abbas OD2r
Oda de Domno Martino OD2r
Odo comes OD2r
Poppo abbas OD2r
Richardus abbas OD2r
Sancti Apri Tullense monasterium OD2r
Sigifredus abbas OD2r
Tendo OD2r
Theodericus OD2r
Walderada OD2r
Widricus Grossus OD2r
Willelmus abbas OD2r

INDEX RERUM.

annona OD2r
aurum OD2r
cappa OD2r

carropera OD2r
charta OD2r
civis OD2r
clerus OD2r
conversus OD2r
cortina OD2r
eleemosyna OD2r
lapis OD2r
libra OD2r
modius OD2r
oppressor OD2r
ordo monachorum OD2r
palla OD2r
populus OD2r
primicerius OD2r
solidus OD2r
suburbanus OD2r
uncia OD2r
vinea OD2r
vinum OD2r
vita monastica OD2r

VEDETTE

Réforme et reconstruction d'un monastère.
Dons en numéraire et en métal précieux.

ARENGA ou ce qui pourrait en tenir lieu.

" Omnis subita mutatio rerum non fit sine quodam fluctu animorum".
Largiebatur spontaneus transitoria ut participatione Deo servientium mereretur permansura (quisquis).

OD2s

[1037, après le 15 novembre - 1038]

Le défunt comte Eudes II ayant confié à l'abbé de Marmoutier Albert le soin de veiller à l'élection du successeur de Warin à Montier-la-Celle, celui-ci, conformément à l'usage ecclésiastique, fit élire le nouvel abbé par les moines, présenta ensuite l'élu, Bernard, à la comtesse Ermengarde, au pouvoir de qui se trouvait le monastère, et à son fils le comte Etienne pour l'investiture temporelle et enfin à l'évêque de Troyes Mainard pour la bénédiction.

A.
B. Leyde, Vossianus lat. Q 12, no 97, Ière moitié du XIème siécle
C. Durham cathedral ms B II, 2, fin du XIème siécle
D. Vatican, Reginensis lat. 278, no 97, XIIème siécle
E. Lincoln cathedral, ms 134, XIIème siécle

a. A. Duchesne, Historiae Francorum scriptores, t. 4, 1641, p.191
b. R. G. H. F., t.11, 1767, p. 421 C D
c. J. P. Migne, Patrologie latine, t. 141, 18 ,col 254, no 110 (vers 1027)
d. F. Behrends, The letters and poems of Fulbert of Chartres, 1976, p. 273

IND.
M. Bur, La formation du comté de Champagne, 1977, p. 195, no 8 ( fragment) et p. 222.

Eudes II a été tué à la bataille de Bar-le-Duc le 15 novembre 1037. Peu de temps auparavant, il avait demandé à l'abbé de Marmoutier, Albert, de veiller à la régularité d'une élection abbatiale à Montier-la-Celle, manifestant par là son accord avec les milieux réformateurs de l'Eglise. Albert mit en oeuvre une procédure qui finira par s'imposer à la fin de la Querelle des Investitures et dont Yves de Chartres fut en France le grand promoteur: élection, investiture temporelle, investiture spirituelle.

d

Certum est omnibus qui fundamenta catholicae puritatis noverunt totius aecclesiae soliditatem in pace consistere et signum Christi discipulatus in dilectione. Nam sicut in euvangelio Dominum dixisse legimus: "Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis" et iterum: " In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem ", liquet ergo neminem fore Christi discipulum, nisi signo dilectionis ac pacis fuerit insignitus. Hoc vero signaculum non adipiscitur, nisi ab his in quibus fuerit unitas voluntatum. Unitas autem voluntatum inveniri non potest, nisi in his qui suum velle nolleve in unius prepositi juditio constituunt. Unde et auctor pacis nullum ordinem in ecclesia sine prelati regimine relinquens, pro certo insinuat nulla alia racione fragilitatem humanae labilitatis ad unitatem spiritus posse redigi sive in pace conservari. Quare nos pauci fratres in cenobio cui Cella Boboni nomen est Deo pro posse famulantes, quia vinculum pacis et signaculum christianae disciplinae dilectionem per unitatem cordis vel animae possidere cupimus, post obitum domni Warini abbatis, viri religiosi, elegimus fratrem quendam morum probitate ornatum nomine Bernardum, quem nobis vice patris preesse volumus et in diffinicione ejus sententiarum nostrarum uniri diversitatem, ne diversa sencientes a Christi doctrina inveniamur extranei. Facta est autem electio ista consilio atque auctoritate domni abbatis Majoris Monasterii post excessum gloriosi principis

Odonis, a quo hujus rei curam susceperat. Qui hoc in conventu monachorum ritu celebri peracto optulit etiam fratrem praedictum nobilissimae H(ermengardi) comitissae, sub cujus dicione locus ipse consistit, et Stephano comiti ejus filio, a quibus donum rerum temporalium ad idem pertinentium cenobium suscepit. Dehinc vero statuit eum venerabili Mainardo Trecassinorum presuli, cujus ecclesiastica auctoritate electionem hujusmodi corrobari oportuit, atque ab ipso animarum curam suscipi necnon abbatis benedictionem secundum institutionem patrum celebrari. Quod ipse benignissime annuit et omnia prout mos expostulat ecclesiasticus utpote vir prudentissimus atque erudicione clarus complevit.

M. B., 21 mars 1988, Caltech.

INDEX NOMINUM.

Bernardus abbas OD2s
Bobonis cella OD2s
Hermengardis comitissa OD2s
Mainardus presul OD2s
Majus monasterium OD2s
Odo princeps OD2s
Stephanus comes OD2s
Warinus abbas OD2s

INDEX RERUM.

auctoritas OD2s
benedictio (abbatis) OD2s
electio OD2s
consilium OD2s
conventus monachorum OD2s
cura animorum OD2s
ditio OD2s
donum rerum temporalium OD2s
institutio Patrum OD2s
mos ecclesiasticus OD2s
res temporalia OD2s

VEDETTE.

Election abbatiale.

ARENGA ou considérations en tenant lieu.

Liquet neminem fore Christi discipulum nisi signo dilectionis ac pacis fuerit insignitus. Hoc vero signaculum non adipiscitur nisi ab his in quibus fuerit unitas voluntatum. Unitas autem voluntatum inveniri non potest nisi in his qui suum velle nolleve in unius prepositi judicio constituunt. Unde et auctor pacis nullum ordinem in ecclesia sine prelati regimine relinquens pro certo insinuat nulla alia racione fragilitatem humanae labilitatis ad unitatem spiritus posse redigi sive in pace conservari.

OD2t

[1115 - 1130]

Lettre des moines de Saint-Vanne de Verdun aux moines de Saint-Pantaléon de Cologne, relatant que sous le règne de Conrad II, le comte Eudes prit et incendia le château de Commercy, dont le détenteur , vassal de son père, refusait de lui prêter hommage et fidélité (1024-1037).

a J. Mabillon, AA.SS.O.S.B, part. 1, Saec 6, p. 536-37
b. R. H. G. H., t. 11, 1767, p. 458, note e, fragment, d'après a

IND.

R. Parisot, Les origines du duché de Haute-Lorraine, 1909, p. 111
H. Dauphin, Le bienheureux Richard, abbé de Saint-Vanne de Verdun, 1946, p. 28-29
M. Bur, La formation du comté de Champagne, p. 167-68

L'auteur anonyme de la Vita Richardi ( M. G. H., SS. XI) a écrit au temps de l'abbé de Saint-Vanne Laurent (1099-1139) la lettre aux moines de Saint-Pantaléon de Cologne sur les circonstances de l'arrivée de la relique du saint à Verdun. Il note que son monastère possède cette relique depuis plus de 90 ans, ce qui place le siège de Commercy entre le 8 septembre 1024 (début du règne de Conrad II) et le 15 novembre 1037 (mort d'Eudes II), et la rédaction de la lettre approximativement entre 1115 et 1130.

Il est difficile de préciser davantage les dates. Rien ne permet en particulier de lier le siège de Commercy à la campagne d'Eudes II contre Toul en 1032. Mieux vaut le mettre en rapport avec la lettre que les Toulois écrivirent en 1026 à Conrad II pour lui exprimer leurs craintes d'être exposés quotidiennement sur une frontière mal défendue (R. Parisot, Les origines, p.402).

D'où venait le pouvoir d'Eudes II sur Commercy ? La lettre aux moines de Saint-Pantaléon dit que le détenteur du château avait prêté hommage au père d'Eudes II, Eudes Ier, mort en 996. Commercy , étant à l'origine un bien fiscal, il est possible que Eudes Ier l'ait revendiqué comme lointain descendant de l'impératrice Richilde, femme de Charles le Chauve. Sans doute, quand il fit valoir ses droits, se heurta-t-il à d'autres ayants-droit, en particulier au duc Thierry de Haute-Lorraine, époux

d'une nièce de l'impératrice et à son fils Frédéric, que les Gesta Ambazensium dominorum ( éd. L. Halphen et R. Poupardin, Chroniques des comtes d'Anjou et des seigneurs d'Amboise, 1913, p.79) appellent consul Tullensis. Un accord amiable entre les deux parties n'a t-il pas amené Eudes Ier à inféoder Commercy au jeune Frédéric. Par la suite, celui-ci aura refuser de renouveler son hommage à Eudes II qui, à peine maître de la Champagne en 1026, aura riposté en brûlant le château du rebelle (M. Bur, La formation, p. 167-168).

b

"Tempore quo Conradus successor Henricii pii Augusti Romanum gubernabat imperium, fuit in regno occidentalis Franciae quidam comes, Odo nomine, secundum saeculi hujus generositatem magnae nobilitatis, plurimae potentiae, multae factionis bellorumque frequentia clarus. Is jure haereditario possidebat castrum quoddam super Mosam situm, Commarceium dictum, in quo continebatur honorabiliter templum... Quod sane castrum... antiquae nobilitatis gloria clarum, quidam comes ipsius indigena a patre praefati comitis in hominium susceperat et, ut mos exigebat, fidelitatem ei juraverat. Quo defuncto, jus alienum inique in jus transfudit suum fidelitatemque et hominium justo heredi facere contempsit. Tunc ille ira et indignatione nimia succensus, coacta suorum valida manu, castrum obsidione circumdedit, quam satis nimiumque in dies perurgens, praeter spem cunctorum, subito seris effractis castrum ingreditur, rebelles supremo periculo donat, flammis victricibus omnia vastat".

M. Bur, 22 mars 1988, Caltech.

## INDEX NOMINUM

Commerceium castrum OD2t
Conradus OD2t
Francia occidentalis OD2t
Odo comes OD2t

## INDEX RERUM

bellum OD2t
castrum OD2t
factio OD2t
fidelitas OD2t
hominium OD2t
jus hereditarium OD2t
nobilitas OD2t
potentia OD2t

## VEDETTE

Fief.

OD2 - index


abbatia OD2h
ADO OD2L
ADUINUS OD2E
ADUINUS LAICUS OD2E
advocatio OD2j
advocatus OD2f
advocatus OD2j
AGNES OD2A
agricultura OD2j
AILULFUS PREPOSITUS OD2E
AIRARDUS ABBAS OD2G
ALBERADA COMITISSA OD2R
ALBERTUS OD2R
ALBERTUS OD2E
ALBERTUS MINISTER SPARNACI OD2L
ALERAMNUS OD2E
ALERAMNUS MINISTER SPARNACI OD2L
ALEXANDER SECUNDUS PAPA OD2I
allodium OD2f
alodium OD2q
ALOGIA OD2A
altare OD2l
AMALRICUS OD2E
AMALRICUS OD2F
AMPLIVIUM OD2F
ancilla OD2l
annona OD2i
annona OD2r
annona OD2j
ANSELMUS OD2F
aqua OD2l
aqua OD2h
archidiaconus OD2j
archidiaconus OD2l
arcus OD2a
ARDUINUS OD2E
ARNALDUS CAPELLANUS OD2J
ARNULFUS COMES OD2E
ASCELINUS EPISCOPUS OD2G
ATHELIMUS MINISTER SPARNACI OD2L
atrium OD2h
ATTO OD2E
auctoritas S. Petri Paulique OD2i
auctoritas OD2s
aurum OD2r
AZECHINUS OD2R
BAIXONES OD2L
BALDUINUS CANCELLARIUS OD2H
BALDUINUS CLERICUS OD2M
bannus OD2h
BARDO OD2E

basilica OD2l
BEDRUIS OD2F
bellum OD2t
benedictio (abbatis) OD2s
benedictio (regis) OD2g
beneficium OD2d
beneficium OD2m
beneficium OD2l
beneficium OD2e
BERENGERUS VILLICUS OD2L
BERNARDUS ABBAS OD2S
BEROLDUS EPISCOPUS OD2I
BEROLDUS EPISCOPUS OD2G
BEROLDUS EPISCOPUS OD2C
BERTA REGINA OD2A
BERTHOLDUS PONTIFEX OD2R
BERTRICI CORTIS OD2H
BLESA OD2H
BLESIS CASTRUM OD2M
BOBONIS CELLA OD2S
BOSCUS MEDIUS OD2A
BRUNO PRAESUL OD2R
BURGUNDIA OD2R
burgus OD2h
BUXEDULIS TERRA OD2A
cancellarius OD2h
canonicus OD2i
canonicus OD2l
canonicus OD2j
cantor OD2j
cantor Od2i
capellanus OD2j
capitale OD2j
cappa OD2r
captura piscium OD2h
carropera OD2r
carta OD2f
cartula OD2f
castellum OD2o
CASTELLUM THEODORICI OD2I
castrum OD2a
castrum OD2n
castrum OD2m
castrum OD2t
census OD2q
census OD2e
census OD2h
census OD2j
CHAONRADUS IMPERATOR OD2R
charta OD2r
civis OD2r
civitas OD2h

civitas OD2f
civitas OD2o
CLARISELLU[M] OD2F
clericus OD2m
clericus OD2o
clericus OD2a
clerus OD2r
colonus OD2a
comitatus OD2a
comitatus OD2f
COMMERCEIUM CASTRUM OD2T
compositio OD2e
concordia OD2d
CONRADUS OD2T
CONRADUS REX OD2F
consilium OD2i
consilium OD2s
consilium OD2d
consilium OD2l
consilium od2b
CONSTANTIUS OD2E
consuetudo OD2j
consuetudo OD2n
conventio OD2j
conventio OD2a
conventio OD2e
conventus monachorum OD2s
conventus parium OD2d
conventus canonicorum OD2l
conversus OD2r
COPA OD2H
CORBO DE ROCCAS OD2M
cortina OD2r
coustumia OD2l
CRICIACUM OD2H
cura gregis Domini OD2c
cura animorum OD2s
DADA COMITISSA OD2F
DADO MINISTER SPARNACI OD2L
decanus OD2j
decanus (ecclesiae) OD2i
decanus OD2e
decanus OD2l
decima OD2l
dedicare OD2i
defensio OD2o
denarius OD2m
denarius OD2h
dignitas OD2c
discordia OD2d
districtus OD2l
ditio OD2s

ditio OD2l
domesticus OD2d
dominicata OD2e
donum rerum temporalium OD2s
dos OD2l
dos (ecclesiae) Od2h
DROGO OD2E
DROGO SUBDIACONUS OD2J
DROGO VASSUS OD2J
DUDO ABBAS OD2G
DUNENSIS COMITATUS OD2A
DURANDUS VASSUS GOZBERTI OD2J
EBALUS ARCHIEPISCOPUS OD2G
EBALUS ARCHIPRESUL OD2L
EBALUS ARCHIPRESUL OD2C
EBALUS ARCHIEPISCOPUS OD2E
EBLO OD2M
EBRARDUS ABBAS OD2M
ecclesia OD2g
ecclesia OD2q
ecclesia OD2h
ecclesia Od2f
EDERA AQUA OD2A
ELBERTUS OD2E
electio OD2s
eleemosyna OD2r
ELUINUS OD2P
emendatio OD2j
EMMA OD2R
ENGELRANNUS OD2E
ERLEBALDUS CANTOR OD2I
ERLINUS ABBAS OD2R
ERMENFRIDUS OD2E
ERMENGARDIS COMITISSA OD2I
ERMENGARDIS COMES OD2L
ERMENGARDIS (COMITISSA) OD2E
ERMENGARDIS (UXORIS ODONIS) OD2A
exemplum OD2i
exitus Od2h
extirpare OD2j
factio OD2t
FAIA OD2G
familia OD2h
farrago OD2j
FASSINERIAE OD2H
fidelis OD2e
fidelis OD2h
fidelis OD2d
fidelis OD2g
fidelis OD2a
fidelitas OD2e
fidelitas OD2t

FILISTA OD2R
fiscus OD2d
foragium OD2h
forensis OD2j
forfactum OD2j
fornax OD2h
forum OD2j
FOSSATENSE COENOBIUM OD2A
FRANCIA OCCIDENTALIS OD2T
Francia OD2n
FRANCO EPISCOPUS OD2J
Francus OD2o
FROMUNDUS EPISCOPUS OD2G
FULBERTUS EPISCOPUS OD2I
FULBERTUS EPISCOPUS OD2B
FULBERTUS EPISCOPUS OD2C
FULCO ANDEGAVENSIS COMES OD2A
FULCO EPISCOPUS OD2G
fundus OD2h
furnus OD2l
Gallia OD2n
GARNERIUS VASSUS GOZBERTI OD2J
GAUSBERTUS OD2A
GAUZLINUS EPISCOPUS OD2R
GELDUINIS VICECOMES OD2L
GENTILIACUS VICUS OD2L
genus OD2d
GERARDUS OD2P
GIBUINUS OD2E
GILO OD2A
GINDO OD2E
GIRBERTUS OD2R
GISERDICORTIS OD2H
GISLA IMPERATRIX OD2R
GODEFRIDUS COMES ADVOCATUS OD2F
GOFFRIDUS EPISCOPUS OD2G
GOISFRIDUS OD2R
GOZBERTUS ADVOCATUS ROSETI OD2J
GOZELINUS OD2R
GOZFREDUS MILES OD2N
GOZFREDUS CANTOR OD2J
GUALCHERUS DE BOSETZ OD2I
GUALTERIUS TURONICUS OD2M
GUERMUNDUS OD2E
GUIBOLDUS DIVES OD2I
GUIDRICUS OD2E
GUILLELMUS COMES OD2G
GUITERUS OD2E
GUNTRANNUS OD2E
GUUIZ VILLA OD2A
HAGANO DE MELDIS OD2I
HAIMERICUS PRAEPOSITUS OD2I

HALECIUS MONS OD2L
HARDUINUS OD2E
HARDUINUS EPISCOPUS OD2G
HARDUINUS OD2L
HARWARDUS OD2R
HEBOLUS ARCHIEPISCOPUS OD2F
HEINRICUS DE FAU OD2R
HEINRICUS REX OD2G
HEINRICUS DE TUSSIACO OD2R
HEINRICUS ADVOCATUS OD2R
HENRICUS REX OD2L
HERBERTUS ABBAS OD2R
HERBERTUS PRIMICERIUS OD2R
HERBERTUS ARCHIDIACONUS OD2R
hereditarium jus OD2d
hereditarium jus OD2a
HERIMANNUS OD2E
HERMENGARDIS COMITISSA OD2S
HEZELINUS MILES OD2I
HEZELINUS OD2E
HILDEBURGIS DE BARRO OD2R
HILDUINUS COMES OD2L
HILDUINUS COMES OD2J
HILDUINUS FILIUS HILDUINI COMITIS OD2L
HINCMARUS ARCHIEPISCOPUS OD2I
hominium OD2t
homo OD2a
homo Od2j
homo OD2m
honor OD2d
HUBERTUS OD2M
HUDO VASSUS GOZBERTI OD2J
HUGO OD2P
HUGO MINISTER SPARNACI OD2L
HUGO VICEDOMINUS OD2L
HUGO SUBDIACONUS OD2J
HUGO OD2E
HUGO DE BRISCIACO OD2R
HUGOLINUS OD2E
INGELARDUS DECANUS OD2J
INGOBERTUS OD2R
institutio Patrum OD2s
invasere OD2g
invasor OD2i
ISEMBARDUS DECANUS OD2Q
ISEMBARDUS DECANUS OD2P
ISEMBARDUS PREPOSITUS OD2L
ISEMBARDUS POSTCOMES OD2I
ISEMBARDUS OD2E
IVO LEVITA OD2J
IVO COMES OD2J
JOHANNES OD2F

JOZCOERUS LEVITA OD2J
judex OD2j
judicare OD2g
judicare OD2j
judicium OD2d
judicium OD2a
JUNCIVILLA OD2G
jus forense OD2h
jus OD2e
jus hereditarium OD2t
justitia OD2j
justitia OD2g
justitia OD2d
justitiae OD2e
LADERCIACA CORTIS OD2G
laïcus OD2o
laicus OD2e
laïcus OD2a
LAMBERTUS CANONICUS OD2R
LAMBERTUS VASSUS GOZBERTI OD2J
LANDRICUS LARGUS OD2A
LANSENDIS VIDUA OD2H
LANTBERTUS EPISCOPUS OD2G
lapis OD2r
LAVANNA OD2F
LEITFRIDUS COMES OD2R
leuga OD2o
levita OD2j
lex OD2j
libra OD2r
LIETHELINUS COMES OD2L
LIGULFUS OD2E
LISIARDUS ARCHIDIACONUS ET PREPOSITUS OD2J
LOTHARII OD2A
MAGENARDUS ABBAS OD2A
MAINARDUS PRESUL OD2S
MAINARDUS VASSUS GOZBERTI OD2J
MAINFREDUS OD2R
MAINHERUS DE CALMIS OD2R
MAINIS OD2E
major S. Mariae ecclesiae OD2j
majores OD2d
MAJUS MONASTERIUM OD2S
MANASSES COMES OD2J
MANASSES COMES OD2F
mancipia OD2e
mancipia OD2f
MANSILE JUXTA SANCTI MEMMI OD2H
mansionile OD2e
mansura OD2h
mansus OD2h
mansus OD2j

mansus dominicalis OD2l
mansus OD2f
mansus OD2e
MARCEDONUS OD2P
MATERNA FLUMEN OD2H
MATERNA FLUMEN OD2L
MATHILDIS DUCTRIX OD2R
MATOSGA OD2H
MEIDLAI FONS OD2A
MELDENSIS EPISCOPUS OD2B
MEMMIUS SANCTUS OD2H
mensa fratrum OD2q
mercatus OD2j
miles OD2q
miles OD2n
miles OD2a
miles OD2f
miles OD2g
miles OD2i
miles OD2p
minister OD2l
ministerialis OD2e
modius OD2r
moenia OD2h
molendinus OD2q
molendinus OD2f
molendinus OD2h
molendinus OD2l
molendinus OD2p
moneta OD2m
MONS SPERATORIUS OD2L
MONS FELIX OD2L
MONS BIDUENUS OD2L
mos ecclesiasticus OD2s
municipium OD2o
murus civitatis OD2o
MUSTERIOLUM CASTRUM OD2N
navis OD2n
NIVELO OD2A
nobilis vir OD2f
nobilitas OD2t
NORBERTUS ABBAS OD2R
notitia OD2m
novalia OD2e
NOVAVILLA OD2F
ODA DE DOMNO MARTINO OD2R
ODALRICUS OD2E
ODALRICUS COMES ET MONACHUS OD2E
ODILO ABBAS OD2G
ODO PRINCEPS OD2S
ODO COMES OD2Q
ODO COMES OD2N

ODO COMES PALATINUS FRANCORUM REGIS OD2L
ODO LEVITA OD2J
ODO COMES OD2M
ODO COMES OD2J
ODO COMES OD2B
ODO COMES OD2A
ODO COMES OD2C
ODO COMES OD2D
ODO COMES OD2E
ODO OD2E
ODO COMES OD2F
ODO COMES OD2G
ODO OD2A
ODO FRANCORUM COMES PALATINUS OD2I
ODO VICECOMES OD2I
ODO COMES OD2O
ODO COMES OD2P
ODO COMES OD2R
ODO COMES OD2T
officium OD2d
officium Od2c
oppressor OD2r
ordo monachorum OD2r
OSBERTUS OD2M
OTIOSORUM CORTIS OD2H
palla OD2r
palus OD2h
panasticum OD2e
parrochia OD2f
pasnahium OD2j
pastio OD2e
pastor OD2c
pastor Od2f
pax pauperum OD2c
pax OD2d
pervasor OD2i
PIPERA VILLA OD2L
piscis OD2h
placitum OD2d
plaustrum OD2n
pons OD2n
pontifex OD2h
PONTIS LEVIGATI PROELIUM OD2A
POPPO ABBAS OD2R
populus OD2r
porcus OD2e
postcomes OD2i
potentia OD2t
potestas palatina OD2h
potestas OD2a
praedium OD2l
praepositus OD2i

pratum OD2l
pratum OD2h
pratum OD2e
pratum OD2f
predium OD2p
prepositus OD2l
prepositus S. Mariae ecclesiae OD2j
prepositus OD2e
presul OD2f
primicerius OD2r
PRIMOLDUS OD2M
princeps OD2c
princeps OD2d
princeps OD2g
procer OD2g
provincia OD2n
PROVINUS CASTRUM OD2A
PUTIOLOS MONASTERIUM OD2G
RADBODUS ARCHIDIACONUS OD2J
RAGISICORTIS OD2G
RAIMBERTUS EPISCOPUS OD2F
RAINALDUS COMES OD2E
RAINOLDUS VICEDOMINUS OD2A
RATHERUS OD2E
RAULAUDIS OD2P
receptio od2b
receptus OD2j
redicimatio OD2i
regnum OD2h
REITEST OD2F
REMENSIS ECCLESIA OD2C
res temporalia OD2s
respublica OD2h
rex OD2c
RICARDUS COMES OD2D
RICHARDUS ABBAS OD2F
RICHARDUS ABBAS OD2G
RICHARDUS ABBAS OD2R
RICHERUS OD2E
ROBERTUS REX OD2D
RODBERTUS FOSSATENSIS ABBAS OD2A
ROGERUS OD2P
ROGERUS EPISCOPUS OD2G
ROGERUS EPISCOPUS OD2H
ROMAINS OD2L
ROSCELINUS UWASPALLUS OD2M
ROSETUS VILLA OD2J
ROTBERTUS REX OD2B
ROTBERTUS REX OD2G
ROTBERTUS REX OD2H
ROTGERUS PRESUL OD2Q
ROTGERUS PREPOSITUS OD2Q

ROTGERUS EPISCOPUS OD2O
ROTGERUS PREPOSITUS OD2P
ROTGERUS PRESUL OD2P
sacramentum OD2a
sacramentum OD2j
sagitta Od2a
SALO MILES OD2Q
SALO MILES OD2N
SALO MILES OD2P
saltus OD2a
SANCTAE MARIAE SANCTIQUE SENERICI ECCLESIA OD2I
SANCTAE MARIAE ECCLESIA OD2J
SANCTAE TRINITATIS ECCLESIA OD2P
SANCTI MARTINI MAJUS MONASTERIUM OD2M
SANCTI APRI TULLENSE MONASTERIUM OD2R
SANCTI GERMANI MONASTERIUM OD2N
SANCTI MARTINI SPARNACENSIS ECCLESIA OD2L
SANCTI PETRI ABBATIA OD2H
SANCTI VITONI (MONASTERIUM) OD2F
SANCTI PETRI CARNOTENSE [MONASTERIUM] OD2A
SANCTI ALPINI ECCLESIA OD2H
SANCTI JOHANNIS ECCLESIA OD2H
SANCTUS MEMMIUS OD2H
SANCTUS CHRISTOPHORUS OD2G
sarta OD2e
satellitus OD2n
SATUREIACUM OD2H
SAUVA TERRA OD2G
SCUREIACUM OD2H
SEGUINUS ARCHIEPISCOPUS OD2I
SEIGUALDI CURTIS OD2E
senescalcus OD2i
SENSWALO OD2L
servitium OD2d
servus OD2l
SIEBODUS OD2A
SIGIFREDUS ABBAS OD2R
SILIACUS OD2L
silva OD2e
silva OD2j
solidus OD2q
solidus OD2r
SPARNACUM VICUS OD2L
SPARNACUM OD2E
STEPHANUS OD2L
STEPHANUS OD2E
STEPHANUS DE JUNCIVILLA OD2G
STEPHANUS COMES OD2S
subdiaconus OD2j
suburbanus OD2r
SUMMUS SALTUS OD2L
TARDANENSIS (PAGUS) OD2M

TEDBALDUS CLERICUS OD2A
TEDBALDUS LAICUS OD2A
teloneum OD2l
teloneum OD2h
teloneum OD2j
TENDO OD2R
terra OD2l
terra OD2h
terra Od2f
terra OD2e
terra OD2a
terra OD2p
THEOBALDUS OD2L
THEODERICUS DECANUS OD2I
THEODERICUS OD2R
THEUBOLDUS OD2N
THIEBALDUS DECANUS OD2L
THIEBALDUS ARCHIDIACONUS OD2L
TRAMILIACUM OD2G
transfretatio navium OD2n
TREPALLIS VILLA OD2Q
uncia OD2r
urbs OD2n
urbs OD2h
URSO OD2J
usus fructum OD2e
VALLAE OD2G
VALLIS SANCTAE MARIAE OD2H
VALLIS RODIGIONIS OD2E
vassus OD2j
venare OD2e
vestitura OD2e
vestitura OD2a
VETUS SANCTI MARTINI VILLA OD2H
vicecomes OD2l
vicecomes OD2i
vicedominus OD2a
VICETICUS OD2L
viculus OD2h
vicus OD2l
VILERIAS IN TARDANENSI VILLA OD2M
villa OD2e
villa OD2a
villa OD2j
villa OD2m
villa OD2q
villa OD2h
villicus OD2l
vinea OD2r
vinea OD2l
vinea OD2h
vinum OD2r

vinum OD2i
violentia OD2e
VIRDUNICA CIVITAS OD2F
VISNEL VICULUS OD2H
vita monastica OD2r
WALDERADA OD2R
WALERANNUS OD2L
WALTERIUS OD2F
WALTERIUS OD2A
WALTERIUS DE ALOGIA OD2A
WARINUS EPISCOPUS OD2G
WARINUS ABBAS OD2S
WARNERUS OD2L
WASCELINUS OD2A
WAVOREIUM VILLA OD2H
WEFELINUS OD2L
WENERANDUS MILES OD2F
WIDRICUS GROSSUS OD2R
WILLELMUS ABBAS OD2R
YVO OD2A